This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


AFZU
616
08
V13 P
R

PETRI

VAEZII LVSITANI, EXCELLENtissimi Principis Ducis Machedæ & pro Regis Cathaloniæ Medici, Apologia Medicinalis.

Accedunt egregiæ censuræ, de venæ sectione in febribus putridis, & curatione puncticularis: duæq. medicinales epistolæ apprimè vtiles: eodem autore.



BARCINONE,
Ex Typographia Sebastiani à Cormellas
Anno M. D. LXXXXIII.

EGo Hieronymus Mediona Artium & Medicinæ Doctor & S. C. Regięq. Mag. in Principatu Cathaloniæ Archiatrus ex commiſsione admodum illuſtris ac Reuerendiſsimi D. D. Ioannis Dymæ Loris Epiſcopi Barcinonenſis legi Apologiam Medicinalem Doctoris Petri Vaezij Luſitani eximij Principis Ducis Machedæ proregis Cathaloniæ Medici, cuius ea eſt omnibus ſuis numeris abſoluta cognitio, eaq. in intimis medicinæ ſenſibus indagandis ſolertia, iudicijq. maturitas, qua duce ſuas iſtas elucubrationes tam ſedulo cõcinnauit, vt in publica commoda peccem, niſi quantocyus mea, (ſi qua eſt) auctoritate illis viam muniuerim, quo facilius in eruditorum manus euolare poſſint.

Hieronymus Mediona.

Soy de la Libreria
del Colegio
de la Concepcion
de Alcalá.

EGo Petrus Aegidius præsbiter Societatis IESV, ex commissione admodum Illustris & Reuerendiss. D. D. Ioannis Dymæ Loris Episcopi Barcinonen. Regisq. Consiliarij: legi hanc Apologiam Medicinalem egregij Doctoris Petri Vaezij Lusitani: & duas etiam eiusdem Epistolas de varijs morbis: alteram ad quoddã Medicinæ studiosos: alterum vero ad Franciscum Vaeziũ Doctorem Medicum cõscriptas: nihlq. in his reperi, quod fidei vel moribus repugnaret. Quare videtur quod huiusmodi, in vtilitatem Medicinæ studiosorum, possint debeantq. typis mandari. Barcinone in nostro Collegio, die. 18. Aprilis. Anno. 1593.

Petrus Aegidius e Societate
IESV.

NOS *Iohannes Dimas Loris Dei & sanctæ sedis apostolicæ gratia Episcopus Barcinone & visis approbationibus prædictis huius libri cuius titulus est, Apologia Medicinalis editi à peregregio Doctore Petro Vaezio Lusitano. Concedimus licentiam imprimendi & diuulgandi eum in nostra diocesi, Datũ in Palatio Episcopali Barcinone die 25. Mensis Aprilis anni.* 1593.

I. Eps Bar.

DOn Philippe por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias de Hieruſalé, de Portugal, ℰ Nauarra, de Granada, de Valécia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarbes de Algezira, de Gibraltar: de las Iſlas de Canaria, de las Indias Orientales y Ocidétales, Islas en tierra firme del mar Oceano: Archiduque de Auſtria, Duq̃ de Borgoña Brabante y Milã: Cõde de Abſpurg de Flandes, de Tirol, Barcelona: Señor de Vizcaya y Molina &c. Por quãto por parte de vos el Doctor Vaez Medico, de la ciudad de Auila: nos fue fecha relacion, q̃ auiades hecho y cõpueſto vn libro de Medicina, q̃ ſe intitulaua Apologia Medicinalis, el qual eſtaua viſto, e aprouado por perſonas doctas, ſer vtil y prouechoſo para los q̃ profeſſauã la ſciẽcia de Medicina. Suplicandonos os mãdaſemos dar licencia e facultad para le imprimir, e priuilegio por doze años, atẽto q̃ hauiades trauajado, en la compuſició del dicho libro mucho tiẽpo. Delo qual hiziſtes preſentacion para q̃ ſe viſſe y examinaſſe, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Cõſejo. Por quãto enel dicho libro ſe hizieron las diligencias q̃ la pragmatica por nos fecha ſobre la impreſsiõ de los libros diſpone, fue acordado que deuiamos mãdar dar eſta nueſtra carta, para vos en la dicha razõ, e nos touimos lo por bié. Por la qual vos damos licencia [illegible] eſta vez qualquier impreſſor, [illegible] pueda imprimir el dicho libro que [illegible] cion, por el original que enel nueſtro Conſejo ſe vio, q̃ va rubricado cada plana, y firmado al fin de Iuã Gallo de Andrada nueſtro eſcriuano de camara, de los q̃ reſiden enel nueſtro Conſejo. Con q̃ antes que ſe venda le traygays ante los del nueſtro Cõſejo jũtamẽte conel original, para q̃ ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta cõforme

a el,

a el,e traygays ſe en publica forma,en como por corre ctor nombrado por nueſtro mãdado ſe vio, y corrigio la dicha impreſsiõ porel dicho original, y ſe imprimio conforme a el y q̃ quedã anſi miſmo impreſſas las erra tas por el apuntadas por cada vn libro de los q̃ anſi fue ré impreſſos y ſe taſſaſe el precio que por cada volumẽ aueys de auer ſo pena de caer y encurrir en las penas cõ tenidas en las leyes, y pragmaticas de nueſtros Reynos, de lo qual mandamos dar y dimos eſta nueſtra carta,ſe- llada con nueſtro ſello y librada de los de nueſtro Con ſejo, Dada en la Villa de Madrid, a veynte y tres dias del mes de Abril, de mil y quinientos y ochenta y ſeys Años.

El Conde de Barajas.

El Licenciado Don
Lope de Guzman.

El Licendiado Don Pe-
dro Portocarrero.

El Licenciado Mardones.

El Licenciado Iuan Gomez.

Yo Iuan Gallo de Andrada Eſcri-
uano de ſu Mageſtad la fize eſcri-
uir por ſu mandado con accuerdo
de ſu Conſejo.

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI. D. BERNARDI. no à Cardenas Duci Machedæ, Marchioni Helchi, pro Regi Cathaloniç, turriculo rum domino: &c. Petrus Vaezius Lusitanus suus Medicus. S. D.

MOnumenta vetera prodũt, excellentissime Princeps, nulla alia re vehementius afflictari studiosissimã antiquitatem, quàm quod inuidorũ vitilitigatorũq. calũnijs suos labores confossum iri, proculdubio verebatur. Sanè miseram istã calamitatẽ nostris pręsertim temporibus, nulli propè autorũ omnium, & si emẽdatissimè scripserint, vnquã effugere potuêre. Huic occurrentes malo, nullũ magis pręsentaneum excogitarunt antidotum, quàm principibus proceribusque viris sua opera consecrare. Pollent nimirũ proceres autoritate apud vulgus maxima, probanda probãt, & laudant, exprobranda exprobrant, & reijciunt: proinde jure merito, quod ipsi amplectuntur, cęteri subindè susp iciunt, & admirantur. Inde fit, vt ignauorum hominum quorundam & imperitorum suggillationes sic plane retundantur. Nempè hi cùm perpetuò ab honestissimis laboribus abhorreant, nũquàm desinũt conuitijs incessere, quos intuentur, bonis artibus & scientijs assiduam nauare operã.

porro

porrō nihil aliud ijs velim reſponſum, quàm quod Cicero pro Archia poeta: quis me reprehendat, quis mihi jure ſuccēſeat: ſi quantū cæteris ad ſuas res obeūdas, quantū ad feſtos dies ludorū celebrandos, quantū ad alias voluptates, & ipſam requiem animi & corporis conceditur temporis, quantum alij tribunt intempeſtiuis conuiuijs, quantum denique aleę, quantum pilæ, tantum mihi egomet ad hęc ſtudia recolenda ſumpſero? priſca itaq. hęc ego ſecutus exēpla, mentèq. voluens, ad quem ſupremæ notęvirum meos hoſce ſecundos labores dicarem, ita vt opella hæc ornata munitaque prodiret in lucem: non leuibus de cauſis tuum pręſidium eſt lagitare: teque Patronū ſuſcipere in animo fuit. principiō, ob indicibilem illam tuam erga me humanitatē, quam ſatis ſuperque exploratam habeo, ex quo cępi, tuorum haberi in numero: & moderandæ ſalutis tuę, & excellentiſsimę ducisſę vxoris tuę cariſsimę, dominæ meæ, dulciſsimorumque filiorum tuorum mihi cōmiſſa eſt cura: quod profectò munus arbitror maximum. Accedit, quòd laudare ſoleas mea ſtudia, & lucubrationes, ſi quę vllę ſunt. Ec quis, quæſo, nō lætabitur, & præ gaudio geſtiet, dū laudatur à tam laudato Principe: ſi ſummis placuiſſe viris, vt quidam claſsicus cecinit, laus maxima eſt? proinde ſatis mihi conſultum putaui, ſi tibi, principi clariſsimo, egregijs virtutibus decorato, meas vigilias inſcriberem: vt

ſplẽdore tuo inuidia perterrita, è veſtigio hinc fugiat, nec audeat dilacerare quicquam. Quippe tantum tui generis decus eſt, & ſplendor, vt vel tantilo radio valeas lucem effundere, etiam operi obſcuro & humili. Obuijs ergo vlnis recipe, princeps excellentiſsime, libentique animo xenium hoc noſtrum (qualecunque ſit) tui gratia enatum: quod propriſca conſuetudine tibi ſacrare decreui. Illud ſi fortè probaueris (vt ſpero) nullus, etiam ſi Zoilus, offendi poterit, qui calumniari audeat, quæ ſub tuo auſpicio (non priuati honoris aut emolumenti ſed publicę vtilitatis gratia) ſunt typis mandata omnium medicorum vſui. vale.

& tenuitatis noſtrę munuſculũ humaniter excipe.

ORNATISSIMO VIRO DOCTORI PETRO VAEzio Lusitano Excellentissimi Principis Ducis Machedæ & proregis Cathalonię Medico eruditissimo Hieronymus Mediona Doctor Medicus, ac in Principatu Cathalonię. S. C. Regiæq; Mag. Archiatros. S.

AD demum summa gloria est, vir ornatissime, iis excellere bonis, quæ in prima nostri parte, animo scilicet insidēt: Adeò ut illi omnes, qui vim intelligentē eximia quadā rerum tum præstabilium, tum humanæ vitæ profuturarum cognitione referserint, tanquam soles longè micantissimi eluceſcant inter cæterā illitteratorum turbam, qui quadrupedū instar, vitā ingloriā inotio, atq. silentio transigūt, nulliſq. dotibus condecorant eam sui partem, qua mutis animātibus lōgè multumq. præcellimus, quamq. qui patiuntur in curia atq. socordia torpescere, inter mortuos (vt elegāter sapientiū aliquis) ad numerādi sunt. Ea propter quis satis dignus encomiastes tuis euulgādis præconijs reperietur? nulla profectò erit tam erudita vox, nullū adeo affluens genus, quod præcellētissima animi tui ornamēta non dicā adæquare, sed nedū satis pro dignitate suspicere, demerariq. possit. Quantò enim cæteri hūmi demissius serpunt, & hominum ia cēt ignoratione, nullis sciētiarum instructi præsidijs, nullis animi dotibus expoliti, tātò tu maiore impetu ad æternā nominis celebritatē eniteris: tātò altius caput euehis: tāto deniq. cæteris superemines: quāto

ſummus ille ſol ſublustrẽ ſyderũ cæterorũ lucẽ ſuperat. O me terq. quaterq. beatum ad cuius manus hæc tuæ cultiſsimæ elucubrationes, & pluſq. cleathæi labores peruenerint. O me terq. quaterq. beatũ, cui fas fuerit nõ ſemel, ſed iterũ iterũq. iſt hãc tuã medicinalẽ Apologiã peruoluere. Dici (doctiſsme Vaezi) nõ poteſt quãtõ, quãq. mirifico dilibutus ſum gaudio, cũ nõ liuidos illos quidẽ tetricoſq. cẽſores, ſed humanitatis & beneuolẽtiæ plenos metis noſtræ oculos circũducerẽ in Apologiã tuã, vel ſi mauis opulẽtiſsimã Apothecã, ex qua oẽs ordinis noſtri homines facilima poſſint ſubſidia expromere ad medicæ ſciẽtiæ penitiſſima ſacraria faliciter explorãda. Celebrẽtur licet antiquorũ carminibus incliti illi Aeſculapij, Chirones, Podalyrij Machaones, aliq. qui nõ neminẽ arte medẽdi ab inferis ad ſuperos, a morte ad vitã excitarũt: ſed poetarũ ſunt iſthæc cõmẽta: ampliuscertè (vti præſagit animus) atq. noſtra gloriabitur, tuaq. vnius monumẽta memoriæ conſecrabit ſempiterna. Quæ enim alij immẽſis, incaſtigatis, cõfuſiſq. volumi nibus prodiderũt, ea tu ſapiẽtia tãta digeſsiſti, adeo meditata cura climaſti, tãq. maturo iudicio, cõcinnaſti, inq. hominũ lucẽ emiſiſti, vt nihil ſupra, nequidẽ à Lynceo Ariſtarcho, vllaue alio emũctioris naris critico deſiderari queat: tu inquãm tãta, tãq. præſentia leuãdæ hominũ imbecillitati adiumẽta inuenieſti, inq. illa tua politiſſima Apologia tã felici methodo exaraſti, vt ſi nõ à mortuis excitari (id enim quãtumuis creatã potẽtiã longè præteruolat) a profligata ſaltem valetudine in maximã vitæ ſpem ſe mimortui licet homines adduci, valeãt. Vale ex muſæo noſtro 6. chalendas Aprilis 1593.

APOLOGIA MEDICINALIS DOCTORIS PETRI VAEZII LVsitani; Excellentiſſimi Principis Ducis Machedę,& pro Regis Cathaloniæ Medici.

Cenſura Prima de defluuio pilorum.

EXpendes Cādide Lector, multa ad rem,hoc eſt,ad medēdi artē ſpectantia in hac Apologia, vbi nō paucę cēſurę in probatā Galeni doctrinā iaculatę refellūtur:quę ſi incaſtigatæ māſerint,poſſint& multis medicis imponere, & hominū vitę non parū obeſſe. Nec verearis,iniuriā cuiquàm hāc editione fieri,quinimo cēſendū, earū autores gauiſuros potius, boniq. conſulturos: ſiquidē candido animo, & veritatis illuſtrādę gratia, ſepoſito liuore, aut aſsētatione, ſcriptis opella hęc tradita eſt legētium vſui.Haud ſecius te facturum, & quoſcūq. etiā rei medicæ ſtudioſos,vt faciāt,impenſe precamur. Etenim nec obaliam

aliã rationẽ hęc expẽdimus, aut typis mã damus, quam ob veritatis amorẽ, (quo ni hil ab initio habeo antiquius) & quorũdã eruditiſsimorũ id iure petentiũ obſequiũ. Iam rem ipſam aggredior, orſus ſumma breuitate à defluuio capillorũ. Qua in re Petrus Paulus Pereda in ſcholijs in Paſchaliũ, eundẽ carpit, quòd dixerit, pilorũ defluuiũ à ſanguine vitioſo ortum, curari ſanguinis miſſione, minimè enim percipit exactè, quo modo à ſanguine aut alio humore oboriri poſsit. Cęterũ, etſi duę illę cauſę à Gal. relatę, lib. primo ſecundũ locos, defluuij capillorũ, nempe defectus alimẽti & cutis raritas, vacuationẽ nõ poſtulent, dũ non pẽdent à materia; quod tamẽ a vitioſo ſanguine, aut alio prauo ſucco rádices capillorũ corrũpente, defluuiũ pilorũ excitari cõtingat, nouit etiã Claudi⁹ Gal. ſexto lib. aphoriſmorum trigeſimo quarto, ita aiẽs: ſed nec eſt verũ, magnos varices caluis nunquã ſuperuenire, ſicuti nec varicibus ortis caluitium ceſſare. Niſi fortè, vt nõnulli aiũt, appellatã græcis Μα δἀρωσιμ, id eſt, capillorũ defluuiũ caluitiũ nominet. Hec enim cũ à vitioſis humoribus

bus ortũ habeat, vt & ophiasis & alopetia dicta eisdẽ prauis humoribus in crura trã slatis, varices facere, & capillos recuperare potest. Hæc Gal. hæc tertia causa defluuij pilorũ nota quoq. fuit ab Hippocrate, tertio epid. sectione 3. tex. 4. Cuius mede lam optime auspicatur medicus sanguinis missione, vbi nempe sanguis corruptus, aut alius vitiosus succus in prẽsentia sanguinis madarosis causa extiterit: & subinde expurgatione praui succi. Nec verò ex eo quod pili ex fuliginibus fiãt, intelligas, eos vera nutritione nutriri. Vera quippe est Galeni sentẽtia artis medicæ nono, capillorũ atq. vnguiũ regimẽ nullũ esse. Etenim cũ ex recremẽtis generentur, potius censendi sunt recrementa corporis, quam partes. De extremis vnguibus id intelligito, nam qui cõtigui carni sunt, vt prodidit Gal. Secũdo de anathomicis administrationibus ca. vltimo, sensum & vitã habẽt, quoniã in eos venę, nerui, & arterię inserũtur: quod nõ contigit pilis. Obtrudes? pili abscissi rursus regenerantur, & citiùs, ergo nutriũtur? respõdendũ, illud nõ accidere ob nutritionẽ, sed quia per resciss ionẽ minor

nor redditus pilus, facilius à fuliginibus ac cedētibus, & à natura foras truditur. Iterū obijcies, ex fuliginibus opere naturę obdu ratis & cōcretis fit pilus, ergo per nutritio nē? Reſpōdet Galenus in cōmentarijs in thimęum Platonis in enarratione textus ſecūdi, in recens inuētis Raſario interpre te, id nō fieri nutritione, ſed obduratione fuliginū ab externo frigore facta. Ipſe hu mor (inquit) à calore pulſus, quaſi pullu lat, ac quid fuligini ſimile ꝓducitur, quod cū primū frigore externo riguit, & obdu ruit, pilus efficitur. Quid quod ciliorū reſ ciſſi pili, priorē & nō maiorē longitudinē repetūt? dic, fieri id à natura prouida orna tus cauſa: priuaretur etiā viſione oculus, ſi ſupercilia nimis in longū protracta forēt. Nō eſt ergo recipiēda calūnia Solenādri in Galenū, quòd dixerit, lib. primo ſecūdū locos, ob inopiā alimēti fieri defluuiū ca pillorū, nutririq. pilos ad modū plantarū. Aduertere tamē debuerat hic autor, quā dā ſimilitudine dici alimentū illud pilorū à Galeno, non verè & propriè alimētū, vt comprobatū ab eodē linquitur. Obiter in multis cēſuris nonnulla difficilia, quę ſeſe obtu-

obtulerint, problemata ad rē attinētia, discutere moliemur, ex quibus nō parū ope re pretij legētes decerpere possint. Sic nō injuria hīc percontaberis? si calidi & sicci temperamēti ob abundātiam fuligināū hirsuti sunt, secūdo de tēperamētis decimō, quī fit, vt calidas & siccas regiones incolētes tales nō euadant? egiptij nimirū, Arabes, & quidā Indi exiguos, crispos, siccos & fragiles pilos edūt. Secūdo de temperamētis vndecimo. Occurrēdum, natura calidum & siccum temperamentum fuliginum abundantiam habet, quam nō absumit: calor verò ambientis validissimus si sit, eadem dissipat, & dispergit. *Erotema.*

Secunda Censurā de morbo gallico, & de hydrargyro.

Æterùm, minimè silentio committenda est illius calumnia, in scholio capitis secundi de morbo gallico, in eos qui arbitrātur, hāc affectionē gallicam veteribus cognitā fuisse, quia ex Hipp. tertio epid. tertia tex quarto, morbi recēsentur, quos in morbo gallico in dies experimur. Nēpe vlcera sordida, capitis & menti glabritiē sine febre, & cū exul-

exulceratione pudendorum, & faucium, ossa etiã exciſſa & nudata: ex quibus nonnulli peritiſsimi concludũt, nihil in hoc morbo esse nouũ, quod priora sæcula nõ viderint: adeò verum est, ꝙ sapiẽtiſsimus Rex prodidit, nihil sub sole nouũ. Miratur Pereda hos nõ aduertisse, in morbo tã populari rem aliquam nouã esse, veteribus incognitã, quã poterant ex contagione, cauſis, & curatione colligere. Illa enim (inquit) antiquorũ vlcera alios nõ inficiebãt, vt ea quæ nũc in hoc apparẽt morbo, contagioſa ſunt: & ex ipſis ſolet ſequi defluuium pilorum. Ex cauſa, quia (ait) apud antiquos pilorũ decidẽtia duas tantùm habuit cauſas, at morbus gallicus vnã tantũ habet antiquis ignotã, nempe vitiũ recrementi. Ex doloribus etiam id colligit, quia dolores antiquorũ non ſemper exacerbabãtur nocte. Demũ curatio, hunc morbũ nouum esse, demõſtrat. Verũ cuncta hæc in oppoſitũ parum aut nihil concludunt. Illa enim antiquorũ vitia alios nõ inficere, nullã idoneam probationẽ habet. Status ille apud Hipp. peſtilens erat; par itaq; eſt, affectus illos omnes quos refert. 3. epi-

conta-

Contagioſos extitiſſe,vt potè peſtilentes. nec intereſt,quòd tunc temporis peſtilentes extiterint,modò autẽ minimè:nimirũ ex praua anni conſtitutione illa,&ex morboſo corporũ apparatu acciddere poterat vt plurimos perimet hęc affectio, & pernitioſè ęgrotarent.adde,quòd exquiſita medendi ratio,medicamẽtaq. diuino munere proximè ad nos ꝺlata ex regionibus nuper inuentis, quibus id malũ propulſatur, prorſus ignorata fuerint priſcis. Quod ſecundo in comprobationẽ addit is autor, apud antiquos capillorũ decidentiã duas tantũ habuiſſe cauſas, nempè defectũ alimenti & cutis raritatẽ, at in morbo gallico vnã tantũ eſſe eis ignotã,videlicet vitiũ recrementi:palã à vero deſciſcit.Dum(in quã)profitetur,hanc tertiã cauſam de fluuij pilorũ priſcos claſſicos autores latuiſſe.tradiderũt eadẽ cauſam defluuij capillorũ Hipp.& Gal.vt ex praecedenti cenſura liquet:quã affectionem Μαδαροσιν ſua lingua appellarunt, à verbo græco Μαδάω id eſt, caluũ fieri, vel expertẽ pilorũ eſſe, vt interpretatur Galenus lib. primo de humoribus textu octauo.Sicuti ergo ab hu-

morũ vitio pilorũ caſus in morbo gallico
noſtri tẽporis contingit,ita ab eadẽ cauſa
capitis & menti Glabritiem in peſtilenti il
la conſtitutione,apud.Hipp.tertio epid,ac
cidiſſe,certũ eſt.Proindè non omninò ci
tra probabilitatẽ ſcribunt aliqui, nihil in
hoc morbo eſſe nouũ, quod priora ſæcu
la non viderint.Cui ſententię accedit Fra
caſtorius ſecũdo cõtagionũ duodecimo,
non tamen inficiamur,cõmunem & oppo
ſitã ſentẽtiã nihilos eciusprobabilẽ,opine
tur quiſq.vt libuerit in re leuiſſima, & age
altiùs expendamus alias maioris momẽti
non infrugiferas cenſuras,in ſtudioſorum
(quibus noſter deſudat labor) emulentũ &
gratiã.Etenim oportet, ex placito Galeni
primo de ſimplicibus medicamentis vlti-
mo,priùs ex animis diſcẽtiũ errores & pa
ralogiſmos extergere,atq.delẽre,ne quid
veritati obſiſtat.ſicuti enim impura corpo
ra quanto plus nutris,tãto magis lædis:ita
etiã,ex Hipp.& Platone,impuris animis ſi
nutrientes ſermones offeras,nõ modò ni
hil profis,verũ magnopere obfueris. Sed
conſecutionis ratione,nemo,mea ſenten-
tia,recipere debet,quod eodẽ capite profi
tetur

tetur Pereda, argentū viuū adjunctū alijs medicamentis, in vnguento quod huius morbi claua exiſtit, ex toto corpore euacuare, quia (inquit) ſua frigiditate humores ab habitu corporis repellit interius ad loca euacuationibus accōmodata. Quæ tamen ratio eſt apertè falſa, & improbabilis. miramurq. Doctiſſimum Ludouicū Mercatū eandē rationē multò anteà ſcriptis mandaſſe, & recipiſſe, ſuo libro de indicationibus. Nimirùm in lue gallica nō eſt d externis ad interna repellendū, ſed ad externa euocandū: proindè, ſi ratio illa vera eſſet, ſola hac ratione eſſet inutilis & noxia illa curatio, quæ inunctionibus ex hydrargyro perficitur. Atqui hæc, vt aſſidua experientia nos docuit, omnium eſt in lue Gallica longè vtilior, & efficacior, ſi, vt decet, ritè adminiſtretur. Optimā & ſecuriſſimā vnguenti deſcriptionē in medicamētorū cōpēdio ſubnotauimus: qua feliciter ſemper vſi ſumus, tranſactis ad minus duodecim diebus à cōpoſitione. Adde, nā ſi illa vacuatio pituitoſi & lenti humoris per os fieret à frigiditate repellente hydrargyri, certè frigiditas illa actualis eſſe debebat:

omnis quippe actio fit ab ente in actu; vt docuit Arist. secundo methaphysicę: atqui argenti viui in hac curatione nulla effatu digna est actualis frigiditas: tepidū enim administratur, & item ampliùs calfit à corpore: illa igitut expurgatio non sit à frigiditate hydrargyri, interiùs repellente. Ad hæc, quis credat, tantā molē humoris crassi & viscidi à frigiditate repelli posse interiùs, non paucis elapsis ab inunctione diebus? Compertum enim experientia est, de cē, duodecim, quindecim, & amplius dies expuitionem subsequi, solis quatuor aut quinq. inūctionibus in principio peractis. Tandem humor qui expurgari solet, omninò ineptus repulsioni videtur ob crassitudinem, & lentorem. Quamobrem veri similior esse videtur Fracastorij ratio, tertio contagionum primo ad finem, id fieri ab hydrargyro, quia mirū in modū aptum est, calfieri à corpore humano, tenuissimisq. eius partibus calidis, crassissimos liquat infectos humores, in profundo corporis delitescētes: ita vt facilè fluāt ad os, & ad aluū. Præterea, longè efficaciùs cæteris medicamentis contagionis extinguit

semi-

ſeminaria, & ſi in profundo corporis ſint recondita: nimis enim penetratiuũ eſt. Illud tamen ſubſtantię eſſe omnium tenuiſſimæ, indicant apertè celerrima eius in vã porẽ prętenuẽ ábitio, & in corpus quoduis etiam denſiſſimum penetratio, vt etiã calculũ affrictu non ita multo ſubeat, intuſque dealbet, & fragilẽ maximè reddat. Porrò de tẽperamento argentiviui placet hîc Siluij placitũ referre, lõgè aliter ſentiẽtis ac alij probatiſſimi medici. Lib. primo de ſimplicibus medicamẽtis cap. de metallis, ſic habet. Argentum viuũ eſt metallorũ omniũ cũ ſulfure materia, à calido tẽperatiſſimo ſic per minima vnitum & cõtemperatũ, vt ſiccũ humido, & humidum ſicco æqualiter in eo temperẽtur. Gebertus. vndè opinor, chymiſtis calore & frigore tẽperatũ quoq. dicitur, non quarto gradu cũ quibuſdã frigidum, cũ alijs calidũ. Nec cõtra chymiſtarum placitũ pugnare videtur, cp ſcribit Dioſc. potũ vim habere pernitialẽ: ſuo enim põdere interna erodere ait, nõ qualitate aliqua cauſtica. Nec verba Galeni lib. 4. ſimpliciũ cap. 18. quòd tota ſubſtantia nobis contrariũ ſit, & venenum,

num,ſi ſumatur:neuter enim id aut calore immodico,aut frigore deleteriũ dicit: Sed ille pondere,hic tota ſubſtantia, vt ſcilicet omnio nos lędat neceſſariò, quantumuis paucũ ſit ſupẽ:cùm deleteria calore aut frigore ſint ſola quãtitate ďleteria. Ad hęc Gal.de ſola hydrargyro factitia loquitur,cuius quod interimat ſumpta vel admota,ſe periculũ feciſſe,negat lib. 9. ſimpliciũ.Hęc ille.Ex quibus ſaltẽ colliges apertè,relegãdã eſſe prorſus opinionẽ profitentiũ,argentũ viuum eſſe excellenter & ſummo exceſſu frigidũ.Exquorũ numero eſt Matthiolus lib.6.in Dioſc.cap.28.nimirum ſtrenuè diſcutiens eſt medicametum & attenuans,tenuiumq. partium, proindè minimè frigidũ ordine quarto . Subindè luce clarius intelliges(quod aliquos latuit celebres neotericos)Gal.lib.4. ſimpliciũ cap.decimonono,inter cauſtica & eroſione interimẽtia craſſarũ partiũ,numeraſſe argentũ viuũ,non hoc vulgare & verum, ſponte naſcens in terræ viſceribus,(vt ſibi perſuaſit citra vllũ fundamentũ probabile doctiſsimus Valleſius,in enarratione ad illum locũ,)ſed factitium illud arte factũ

ex.

ex cinnabrio, vel quod argentũ viuũ ſubli matũ dicitur, vulgo ſoliman, intotum arſe nicoviribus ſimile. Craſſarum (ait Gal.) eſt partium & poteſtate calidũ argentũ uiuũ, & proindè ventrẽ tum exurit, tum exulce rat. Quę ſanè vulgari argento viuo ſpõte naſcenti non quadrant, vt experientia firmat, ſed factitio. Porrò ā factitio dicto Galenũ loqui, eiuſdẽ Gal. verba planè firmare videntur, infra lib. nono ſimpliciũ cap. quĩquageſimo nono, ita ſcribẽtis. Hydrargyros nõ eſt ex ſponte naſcentibus, ſed ex ijs quę præparantur, vt ęrugo, ceruſſa, pſoricũ lythargyros. &c. Eſt ſanè hoc craſſarum partiũ cauſticum medicamentũ, exurens prorſus partes corporis, vt ignis. Illud verò vulgare ſponte naſcens, non perindè calidũ eſt, nec exurit, eſtq. ſubſtantię omnium tenuiſsimæ, & maximè penetratiuũ, vt experimentum firmat aſſiduũ. Proindè etiamſi Gal. confuſè trãctauerit de hydrargyro materiam, pręſtat profectò, ſic illum per eundem interpretari, quàm opinari, (vt Valleſius) craſſarum partiũ & exurens eſſe argentũ viuũ vulgare, ſponte naſcens aut tam aduerſa aſſiduæ experientię Gal.

posteris tradidisse. Cęterũ, de temperamẽto vero hydrargyri vulgaris, spõte nascentis, non dũ planè cõstat, nonnulli ab effectu se cũdo ordine censent frigidũ esse argentũ viuũ, cũ Auicenna lib. 2. Canonis: Razes & Haliabbas cõtra calidũ esse profitẽrur: quos probabiliter sequitur Nicolaus massa, lib. de morbo gallico tractatu quarto cap. 1. quẽ per otiũ legito. Nos verò ex ijs, quæ sunt allata superiùs, hanc cẽsuram probabiliorẽ esse existimamus. At qui partes neruosas percellit, nõ per se in frigidando, sed ex accidẽti, quia facilè dissolutit neruosarum partium humidum, & subindè innatum calidum. quod est materia morbi gallici.

Censura tertia de dolore.

DOlorem symptoma esse sensus tactus omnes fatẽtur. Auctã actionem esse profitetur Argenterius, nõ corruptam, quia percipimus in eo obiectũ, eo modo quo est: & eo modo quo debet sentiri. Alij verius referunt dolorẽ ad corruptã sensationẽ iuxtà Galeni decreta. Reddit huius rationẽ Pereda, sequenti capite quarto suorũ scholiorũ, quia (inquit) in eo obiectum percipimus aliter, atq. est.

Cæte-

Cæterùm, hac ratione dolorẽ dici nõ poſ ſe corruptã ſenſationẽ, alibi diximus. Palã enim eſt, in dolore verè ſentiri id, quod eſt, & eo modo quo debet ſentiri. Appella tur ergo dolor corrupta ſenſatio, non hac ratione: ſed quia immodicus & immoderatus motus eſt facultatis ſentientis. Hac ſanè ratione nonnullæ actiones auctæ nõ ineptè referuntur à Galeno ad actiones corruptas, aduerſus ea quę ſcribit Argẽterius. Sic voluimus, allatũ noſtri commentarij locũ expungi debere, vt ad finem indicis illius libri addidimus. Sed ijs omiſsis minutijs, ad altiora accedere erit operę pretiũ, quæ in ſequentibus nos ſpectãt. At principio diluendũ per trãſenam illud eſt, quod cõuincere videtur neotericos quoſdam noſtri tẽporis ſcriptores, fędè, reor, ab ſcopo aberrantes. Horatius Augenius (vir alioqui peritus) in ſuis Epiſtolis, cũ Auerroo aduerſus Galenũ opinatur, cõtinui ſolutionem eſſe nõ poſſe doloris proximam ſeu immediatam cauſam: & quod minus tolerari poteſt, nõ eſſe ſenſibile tactus profitetur. Prima eius ratio. Doloris cauſæ proximę ſunt, quæ in ſenſum agũt;

in ſenſum nihil poteſt agere, quod non ſit ſenſibile: ergo cauſam doloris opus eſt eſſe aliquod ſenſibile: ſed continui ſolutio nullũ eſt ſenſibile, igitur cauſa doloris eſſe nequit. Probat antecedẽs. Solutio continui nõ eſt ſenſibile proprium tactus, quia nõ eſt prima qualitas, nõ ſecũda. Nec eſt cõmune quia non eſt numerus, nõ figura, nõ magnitudo, nec aliquod ex ijs: non eſt igitur ſenſibile commune. Secunda ratio. Si eſſet ſenſibile cõmune, ſentiretur mediãte proprio: & proindè cauſa immediata huiusactionis ad ſenſibile propriũ effet rèferẽda, non ad communè. Tertia ratio. Vnius effectus vnica eſt cauſa immediata, ſed mala intemperies eſt proxima cauſa doloris: ergo diuortiũ cõtinui non eſt immediata cauſa doloris. Hęc ille. Sed prima ratio nihil concludit. Nam ſolutio cõtinui ſenſibile commune eſt, quia ſentitur à viſu & à tactu: & quia ſubitò affatim & cũ violẽtia corrumpit naturam, & immutat (quę cõtinuatione partium & vnione cõſeruatur) ideò ſanè nõ ſolùm ſentitur, verùm inſuper triſtitię ſenſationis eſt cauſa immediata: quia morbus eſt, & immediatè

diatè actionē lędit. Vitellius in ſua perſpectiua, multa alia enumerat ſenſibilia communia, quę Ariſtoteles paucis perſtrinxit: nimirū, ſitum, figuram, magnitudinē, numerum, continuitatem, diſcōtinuitatem, hoc eſt, diuortium continui, aſperitatē, leuitatem, denſitatem, raritatem. &c. Quid ergo ampliùs aſſerere audent, ſolutionem cōtinui non eſſe obiectū tactus? præterea, ad ſecundam, ſenſibilia cōmunia ſunt ſenſibilia per ſe, & non per accidēs, ſeu per aliud, ex decreto Ariſtotelis, lib. 2. de anima cap. 6. etenim per ſe mouent ſenſum ſuis proprijs ſpectris, & quāuis quatenus figura, numerus, aut magnitudo non ſint actiua, tamē ea ratione qua ſenſibilia ſunt actiua dici debēt, & poſſunt. Porrò autem dicūtur ſenſibilia communia ſentiri mediāte ſenſibili proprio, minimè quidē ꝙ ſentiantur per aliud, nempè per propriū, etenim per ſe ſentiūtur: ſed quia ſimul cū proprijs ſentiuntur, & non ſeorſum. Nam ſeparari ab ipſis ſenſibilibus proprijs non poſſunt, & ſimul cū ipſis ſunt, & ſentiūtur. Sic corruit ſecunda ratio. Ad tertiam dic, (licèt aliter reſpondêre poſſim iuxta phyloſo-

loſophiam)ex placito Galeni ſecundo de locis quarto & quinto, diuerſas aſſignari doloris ſpecies,proindè poſſunt à diuerſis cauſis excitari: omnes tamen neceſſariò reduci ad duas dũtaxat immediatas,nempè ad diuortiũ continui & malam intemperiem.Nã cùm natura conſiſtat,& cõſeruetur optima temperie,& vnitate ſeu cõtinuitate partium,fit ſanè meritò,vt cauſę quæ vtramq. naturalem diſpoſitionẽ ſubitò & affatim immutant,& deſtruunt,dolorẽ inducãt:quales ſunt mala intemperies & ſoluta continuitas.Ac de ijs nimis multa, ſiquidem aduerſus ſimiles opiniones, quæ ſenſui opponũtur, Ariſtoteles negat, eſſe diſputandũ.Et libro de mũdo ad Alexandrũ,credendũ eſſe rationi tradit, dum modo ſenſui nõ reluctetur. Obijcitur tamen erotema illuſtrandũ,ſi ſolutio continui eſt proxima doloris cauſa,quî fit,vt in dentibus diuortiũ continui nõ excitet dolorẽ effatu dignũ,mala verò intemperies ſi ſimul adſit, vehementiſsimos dolores excitare ſolet?eſt hoc inſolubile, apud Arętеũ priſcum autorem,cùm tamen ei facilis reſpõſio videatur,occurrere, ſi dixeris

Erotema.

ris,malā intēperiem facilè extendi ad radices dentiū,vbi nerui implantantur, quì maximè ſentiunt,ſoluta verò continuitas ſola in dentis ſubſtantia, vt potè hèbetioris ſenſus,dolorē non producit intenſum, niſi ad prædictos neruos protendatur.

Cenſura quarta de phrenitide.

DE ſymptomatis pathonomonicis veræ phrenitidis, inferiùs diſceptabimus fuſiùs, ſunt ea delirium continuū,& febris continua, & reſpitatio magna & rara.Eſt profectò delirium continuum in vera phrenitide, vt Gal. docuit primo prorrict.primo,& li,3.epid.ſect. tertia.45.quia durat,durante inflammatione effatu digna cerebri aut membranarum eius.Secundò,dicitur etiā deliriū eſſe continuum,quia nō habet intermiſſiones certas,& ex ſtatis periodis. Licèt interdū eas habeat incertas,minimè quidē ex morbi natura,ſed ex caſu,nempè præcedente criſi imperfecta, & ſubindè aliquo tempore valdè imminuta aut ceſſante inflāmatione,quę delirij eſt cauſa.Cōtigit iſtud ęgroto illi in Dealcis horto abitanti apud Hippocratem lib.3.epid,ſectione prima textu

vlti-

vltimo, qui phrenitidē verā patiebatur, vt interpretatur Valleſius, in enarratione ad illum locū, & tamen octaua die dormi uit, & reſipuit: & duos dies ſine febre fuit. nimirùm illa interruptio non fuit ex propria morbi natura, vt in intermittentibus, ſed ex caſu cōtingentibus iudicationibus imperfectis, & ob id ceſſante inflāmatione per aliquot horas aut dies, vt dictum eſt. Colligit hinc Pereda in ſcholio ad caput quintum de phrenitide, Valleſiū exiſtimaſſe allato loco, delirium continuum nō eſſe de eſſentia phrenitidis veræ: quod planè eſt falſum, & Valleſio inſolēter impoſitum. Haud enim aliter Hippocratem Valleſius interpretatur, quàm eo modo quo dictum eſt. Nec interruptio illa eſt vera intermiſſio ex morbo procedens, ſed interruptio quæ accedit inter primū morbum & reciduam, ceſſante ob criſim imperfectam aliquo tempore morbo, & cauſa morbi. Nec interpretatio Peredæ reſpōdentis ad textum Hippocratis admittēda eſt, cū inquit: Hipp. illa dictione (intelligebat vel reſipuit) ſignificaſſe ęgrum parū deliraſſe. Fuit enim duos dies ſine febre,

quę

quo tẽpore par eſt,prorſus reſipuiſſe ęgro tum illum.

Cæterùm,niſi ab animis diſcentiũ para logyſmi extirpẽtur,quàm in certa eis red datur ars medica,ex iſta tam multiplici & varia opinionum varietate facilè eſt perſpicere. Septo tranſuerſo inflammato,cõtinuum inuadere deliriũ, vt in vera phrenitide,docuit Gal.lib.5. de locis 3. Febris etiam prehendit aſſidua, ita vt duntaxat à vera phrenitide reſpiratione diſtingui cõtingat: magna namq. & rara eſt reſpiratio in vera phrenitide, inflãmato verò ſepto, parua & crebra. Delirij cõtinui cauſam nititur Pereda tradere,aiens: cùm ea inflammatio quę in ſepto eſt, reſpirationem impediat,calor augetur in thorace & corde, ſanguiſque attenuatur & bileſcit: eòque nomine cerebrum aſcendens heryſipelas in eo generat,vel,quod idem eſt,phrenitidem. &c. Quæ ridenda potiùs ſunt, quàm confutanda, ne nimis â Galeno coarguamur. Eadem ratione inflammatis pulmonibus & aſpera arteria fieret delirium perpetuũ,reſpiratione multũ impedita. Atqui dũ vehemẽter extenuatur ſanguis

guis & bileſcit inflãmato ſepto, vndè colligis heryſipelas in cerebro protinus producì? ſi hoc ira eſſet, deliriũ quod inflãmato ſepto fit, vera eſſet phrenitis: quod inficiatur Cal. quinto de locis tertio. Doctiſſimus Valleſius huius rei cauſam refert ad analogiam, quæ eſt inter ſubſtantiã ſeptì trãſuerſi & cerebri: ſed cũ ſpinalis medullę ſubſtantia ſit magis analoga cerebro, & ea inflammata, nõ neceſſariò fiat deliriũ perpetuũ, ſequitur euidẽter, huius rei cauſam ad analogiam referri nõ poſſe. Adde, q̃ nulla videatur eſſe ſimilitudo inter cerebri ſubſtantiã & ſepti: ſed ita differũt, vt caro & membrana à cerebro diſſidẽt. Potiùs igitur huius continui delirij cauſa maxima eſt connexio, quã ſeptum tranſuerſum cũ cerebro habet, ratione nerui magni qui ad ſeptũ propagatur, deriuati à propaginibus quarti, quinti, & ſexti paris neruorum vertebrarum ceruicis, Galeno autore, lib. 13. de vſu partium quinto, & nono, per quem vel ſolus calor, vel ſpiritus quidãvaporoſus ac fuliginoſus cerebro facilè demãdatur: ad neruos quippe Gal. primo proguoſticorum cap. 12. in fine, hanc ſym-

In controuerſijs.

ſympathiã retulit. Verũ ad hoc etiã, mea ſententia, maximè iuuat validus continuuſq. motus ſeptitranſuerſi, qui violẽter & impetu quodã fuliginoſos vapores ab inflãmatione ſurſùm per eoſdem neruos in cerebrum propellit, & veluti manu inſtar flabeli mittit.

Cenſura quinta de rectricis facultatis ſede.

NOn paucis eiſdemq. ſatis propabilibus rationibus & argumentis, cõprobare intẽdimus, in medico cõmentario cap. de phrenitide, rectrices facultates in cerebri ſubſtantia, & potiſſimũ in ventriculis eius collocari: inibiq. magis quàm in alijs partibus cerebri rectrices facultares ſua munia obire. idq. cũ ob abundãtiã ſpirituũ animaliũ, tum pręſertim ob præſtãtiorẽ & nobiliorẽ illius partis cauæ cerebri, tẽperiẽ. Cæterũ, nonnulli leuiori argumento moniti, hãc non inſequũtur ſententiã, quos ſequitur Pereda in ſcholio ad caput de phrenitide, ſic ſcribens: indè colliges errorem autoris, collocãtis actiones principes in cerebri vẽtriculis, quę in corpore eius ſedẽ habent: tenperamẽtũ enim cerebri tanquã animæ inſtrumẽtũ illas a-

ctiones exercet. Hæc ille. Quasi verò in ventriculis nulla sit substãtia cerebri, optimo prædita tẽperamento, quo, & abundãtia spirituum animalium ibi residentium obiuntur istæ operationes? fiunt ergo operationes rectricũ facultatũ magis in vẽtriculis, quia pars illa cerebri eas cauitates habens, nobilissimo tẽperamẽto insignitur, prę alijs eius partibus. ita vt anima illo tẽperamento & spirituũ abũdãtia in ventriculis cerebri (id est in substantia illa cerebri caua) has operationes magis cõpleat & exerceat. rẽ ita se habere, Galeni experimentũ, Septimo de placitis cap. sexto, euidenter ostẽdere videtur. Si enim (inquit) cerebrũ ipsũ quomodocumq. rescindas, non priùs sensus & motũ amittet animal, quã ad vẽtriculos cerebri vulnus penetrauerit. Nec diffitemur, in cęteris etiã cerebri partibus eas actiones fieri, sed præsertim in ventriculis obiri, rationibus & experimẽto muniti, adstruimus. Id etiã egregiè firmat Galeni autoritas, tertio de placitis cap. vltimo, vbi explicãs mythologiã fabulæ, quæ Mineruã fingit ex Iouis vertice pronatã, sic scribit: vndè si quis veris rebus

bus fabulã coaptare vellet, ſic dicere poteſt: in inferioribus partibus conceptã prudentiã (qui eſt ſpiritus animalis) in capite adoleſcere, ac perfici: & præcipuè circa verticẽ, qua parte medius atq. idẽ principalis cerebri ventriculus eſt. Hęc Gal. quid plura? nõ nè palàm eſt, Gal. rectè profiteri vitalẽ ſpiritũ in ſiniſtro cordis vẽtriculo generari? & animalẽ ſpiritũ in ventriculis cerebri, ſeptimo devſu partiũ octauo? ſi ergo ſpiritus in ventriculis formã nanciſcũtur, proculdubio naturalis facultas eos generans inibi reſidet. Vt hinc conſtet, inibi etiã reſidere facultates rectrices poſſe. Porrò per vẽtriculos cerebri in hac quęſtionesẽperintelligimus cũ Gal. non cauitates ſolas citra ſubſtantiã cerebri (quę fuit dicti erroris occaſio) ſed eã partẽ ſubſtantiæ cerebri illas cauitates habentẽ. Sic ventriculũ dicimus nõ cauitatẽ, ſed ſubſtantiã illius partis, quæ concoquit ingeſtos cibos. Sic domũ appellamus pauimentũ, tectum ſimul & parietes determinatã capacitatẽ conſtituentes.

Cenſura ſexta de curatione phrenitidis.

VElim prfectò, vt nemo huiusauto ris verbis ſeductus, vinũ phreniti- de affectis propinare audeat. Cũ febris (inquit) in phreniti ꝺ acuta ſit, & ſitis, non eſt, quod aqua hordei maceremus ægrotantem, ſed frigida ſimplici vtamur. Et cùm conſuetudo in morbis ſit ſeruanda, vinum bibant, paucum tamen, & benè dilutum. Hęc ille. Quę annotaſſe libuit, vt cautos reddam tyrones practicos, ne omnibus practicam ſcribentibus neotericis citra delectũ fidem ad hibeant. Docui mus alibi, ex Gal. decreto, vinũ nullatenus phrenitide affectis eſſe propinandũ, etiàm ſi vires labantur. Sic Gal. leguntur verba lib. primo ad Glauconẽ cap. decimotertio, de curatione ſyncopis: vinum eas quæ ex maximis vacuationibus fiũt diſſolutiones, curat: Sed maximè attendũ eſt, an aliquid ſit, quod prohibeat vini ex hibitionem: veluti ſi caput vehemẽtiùs doluerit, aut pars aliqua ex prȩcipuis inflãmationẽ patiatur aut affectio aliqua adfuerit, quę delirare cogat, aut febris ardens in morbo crudo: magna enim & ferè inſanabilia ex vini potu in eiuſmodi affectibus nocumenta proueniunt

ueniunt. Hæc Gal. cęterùm, nec in declinatione phrenitidis noſtrũ hiſpanũ vinũ vnquàm offerendum: nã vix apud nos vllum reperies omnino albũ & frigidum, de quo Gal. duodecimo methodi quarto, nimirũ, liquet, ſolũ hoc quia inodorũ eſt, aquoſum oligophoros appellatũ, tutò in mediocribus febribus poſt coctionẽ propinari, Gal. teſte vndecimo methodi nono. Atq. etiã præſente deſipiẽtia, & capitis grauitate: eo dẽ teſte, tertio acutorũ quadrageſimo primo. Minimè ergo propinandũ eſt vinum phrenitide affectis, & ſi vires labãtur, iuxtà Galeni ſententiã: præterquã in manifeſtiſſima declinatione, ex Tralliani etiã cẽſura. Atq. tunc tẽporis nõ quod libet, ſed ὀλιγοφόρον illud, frigidum tẽperamẽto & aquoſum, quo noſtrates hiſpani (quòd hucuſq. viderim) carent. Necverò indicatio cõſuetudinis (licèt ſit potiſsima) dignior eſt & vrgẽtior in morbis acutis indicatione morbi: ſed morbi acuti indicatio ſæpè magis vrget: & ad id quod magis vrget, debet dirigi curantis cõſiliũ, ſeptimo methodi duodecimo, & decimo methodi primo. Proindè paulatim ad inſueta facienda mutatio

eſt,ex decreto Hipp.ſecũdo aphoriſmorũ quinquageſimo. In morbis etiã, eodem Hipp.autore,lib.ſecũdo de ratione victus acutorũ.Porrò expẽdere eſt operæpretiũ cætera,quæ incuratione phrenitidis nõ ſunt ſilentio inuoluẽda.Cùm omnis inflãmatio habeat aliquid factũ,& aliquid fiẽs, quod fit,prohiberi debet,ne fiat,& factum curari,id egregiè praeſtamus in phrenitide ſanguinisdetractione ex brachij humeraria,quæ ſimul reuellit,& euacuat. quòd ſi in toto corpore plethora adſit, & fluat ſanguis in caput,ex decreto Aetij, primò cõmunẽ venã ſecamus,deindè cephalicã ſeu humerariã.Deprompſit hoc ex Galeno.lib.quarto de ſanitate tuenda cap. decimo octauo,ſic ſcribẽte:porrò diligẽter æſtimare oportet,in thoracè ne,dorſo,aut capite tenſio & pulſans dolor adfuerit:ijs enim humeralẽ ſecabis,illisverò internã: ſi verò in vniuerſo corpore laſſitudo conſiſterit,ambarũ mediã.hęc Gal.Aptiſsimè igitur totiuscorporis exiſtẽte plenitudine, accurrẽtibus fluẽtibuſq.ſuccisin cerebrũ, primò ſcindimus mediã,deindê Cephalicã.nã ſi primò hoc caſuhumerariã tũdere

mus,

mus,plenitudinē totius in caput traheremus.Annotauit perdoctē hoc Auicēnas, prima tertij tract.primo ca.29.eadē ratione,si ex mēsiū ſuppreſſione oborta plenitudine totius,fiat phrenitis,aut alia quęuis inflāmatio ſuperiorū partiū,primò maleoli venā ſecamus (ſi morbus prębet indutias) deindè in phrenitide humerariā.Traditū etiā eſt idā Gal. ſeptimo methodi vn decimo,dicente:cōſiderādū prætereà eſt, in mulieribus an naturaliter non purgentur,in viris autē,an aliqua cōſueta euacuatio ijs ſit retēta.Ijs igitur omnibus cōſideratis,ſi quidē ex minus mamētaneis trāſlatio facta eſt,quod ſuperfluū eſt, rurſùm ad eas partes reuelles.&c. Quæ omnia ſic adduxiſſe volui,ob Peredā,in ſcholio allato ita ſcribētē:dbet ſecari cephalica ī phrenitide,& ſi ſit plethora,quia rectitudinē ſeruans cū parte affecta,ex ea citā & multā euacuationē facit.Hāc etiā venā ſecamus, & ſi fiat phrenitis ex ſuppreſſione mēsiū, quia ex Galeno,reuulſio nō eſt faciēda ex loco à quo fluit humor, ſed ex eo ad quē fluit.Hęc ille.quę prorſùs sūt oppoſita ad ductis Galeni ſententijs, in quibus primò

docet facere reuulſionē ad locū, ex quo fluit humor, ſi minùs nobilis ea pars ſit. Quātū verò ad expurgationem attinet in hac affectione, ex placito Gal. lib. decimo tertio methodi decimo, diſſertauimus, expurgātia medicamēta cōmēdari in principio inflāmationū capitis, & toto fluxionis tēpore, vt potè quæ ſint reuulſoria auxilia: præſertim ſi febris nimiū nō excādeſcit, & aluus mollis eſt, probèq. cognita eſt ægro tātis natura. Sed multò magis in biliosa phrenitide laudāda eſt cacochymię expurgatio. Cęterū, ſolus Pereda in phrenitide & in lethargo medicamēto expurgāti nō eſſe vtēdū, ſibi perſuadet: propterea quòd (inquit) medi camētū purgās nō educit humorē in tumore inclusū, ſed eū qui eſt in uenis. Porrò dū purgamus humores, qui ſunt in venis, fluētes in locū affectū, nō nè pręcauemus, nè fiat, & increſcat inflāmatio? quia itaq. in affectibus capitis materia libus fluētis materiæ reuulſoriū eſt auxiliū expurgatio, gratia cacochymiæ & antecedētis materiæ, ſaluberrimè in ijs affectibus eā, ex Gal. monitionibus, adminiſtramus. Atqui quòd etiā in principio phrenitidis illam

illã celebrare ſit vſui, ålibi diſputatũ à nobis eſt. Verũ lethargus eſt ſymptoma, nẽpè, cũ profũdiſſima delatione in ſomnum actio principis facultatis lęſa, videlicèt ab olita aut imminuta memoria, ratiocinatio & imaginatio diminuta, ex Gal. lib. de ſymptomatũ differẽtia cap. tertio. Aut omninò pereũt hę actiones, eodẽ Gal. teſte, tertio delocis quarto. Aut corruptè fiũt, vtidẽ Gal. explicat tertio epid. Sect. tertia quadrageſimoquinto. Horũ enim alterutrum accidit, pro intẽſione aut remiſſione affectus: ſi enim nimis grauatur facultas cerebri, abolẽtur actiones: diminutæ verò ſæpè fiunt in principio, corruptè verò, vbi putredo pituitæ nimis intenſa eſt, ita vt inſignẽ acrimoniã ex putredine nãciſcatur, vt interpretatur Gal. tertio epidemiorũ citato. Subindè intelliges, corruptã actionẽ ſeudeliriũ nõ eſſe ſignũ ĩſeparabile & pathognomõicũ lethargi, ſed vnũ ſymptoma ex poſteà apparẽtibus. Hinc Pereda colligit, aberraſſe neotericos, deuidẽtes lethargũ, in lethargũ morbũ, & lethargũ ſymptoma. Si enim (inquit) eſt actio lęſa, quo modo erit morbus? carpit iterũ eoſdẽ, afferentes,

ex phrenitide interdum Cùm in ea refri-
geramus cerebrum plus iuſto, lethargũ
fieri. Si enim (ait) ſomnus ille fit refrigera
tione cerebri, & non ab ędemate, quo-
modo erit lethargus? patēt autē (eius pa
ce dixerim) pueriles lapſus. Nā lethargus
quandoq. ſumitur propituitoſo tumore in
tra caluariā, cũ febre, inexpugnabilē ferè
dormiēdi neceſſitatē afferente, & ſic mor
bus eſt phrenitidi contrarius, Gal. teſte, de
decimotertio methodi cap. 20. & nonnun
quā, ſumitur pro actione læſa, & ſic ſym-
ptoma dicitur. Ptęterea, ex nimia cerebri
refrigeratione in prenitide, degeneratio
fit in lethargũ, quia infrigidato cerebro in
creſcit pituitoſum recrementũ, ab illo au
tē putreſcente ſit lethargus, ſeu ędema in
cerebro. Reſoluta etiā ſola parte ignea, &
minimè diſcuſſa Craſſiori, ob intempeſtiuũ
vſum frigidorũ phrenitis tranſit in lethar
gũ. at de ijs ſub epilogo ſic, ne nugas fuſè
cõfutando, videar ipſe quoq. nugator. Sed
cur phrenitici vehementiſsimè moueantur, adeò vt vix à longè robuſtioribus ho-
minibus contineri queant, problema eſt,
cuius ſolutio multis explicatu eſt viſa dif-
ficilis,

ficilis,cũ tamen habeatvariã,& rationi cõ ſentaneã euaſionẽ. nimirũ vis mouendi ijs validiſsima eſt, propter vehementiſſimũ motũ animaliũ ſpirituũ, à mala intẽperie calida, & à profundiſſimis imaginationibus productũ:& quia conantur excutere vehementi conatu morſus mẽbrãnarũ cerebri,& rectrix facultas aberrat,ex temerario judicio magnos conatus faciente,ad id depellendũ,vehementiſsimis motibus voluntarijs ocurrunt.

Cenſura ſeptima de Scotomia ſeu vertigine.

Mnẽ vertiginẽ à cauſa frigida fieri,nonnulli arbitrantur,nẽpè a flatuoſo ſpiritu frigido, & inordinatè moto in capite.Colligunt id ex Galeno libro quarto acutorũ.42.vbiflatuoſum ſpiritũ Gal.ſtatuit vertiginis cauſam.ex horũ numero eſt Pereda,ſic ſcribens:cũ omnis vertigo fiat à cauſa frigida, quia à calore diminuto ſpiritus eleuari ſolent, difficilè certe videtur,qua ratione plethora vertiginiscauſa ſit:niſi dicam⁹,id fieri,eo quòd à plethora fiant interceptiones venarũ,à quibus ſolet calor obrui,& ſpiritus non rectè diffiari.Hęc ille . Sanè Gal.lib. 4.acutorum

torũ citato, flatuoſum ſpiritũ inordinatè motũ in capite, conſtituit vertiginis cauſam: hoc tamen dũ docet, non inficiatur, à vapore aliquo mordicante calido vertigi nẽ excitari poſſe. Quinimò hoc eſſe verũ, adſtruit lib. quarto aphoriſmorũ decimo ſeptimo. Cuius hęc ſunt verba: Σκοτοδίνος id eſt, vertigo fit, cũ ſimul quę cernuntur, circumagi videntur, & de repentè ſenſus qui viſu fit, euaneſcit, putãtibus qui id mali patiuntur, ſibi offuſas eſſe tenebras. Hoc autẽ accidit, ore ventriculi morſo, & vellicato ab humorũ prauitate. nam propter neruorũ magnitudinẽ ex cerebro in ipsũ deſcendentiũ, animę functones læduntur, hac malè affecta particula. Atque ſympto mata eiuſmodi cõmunia ſunt, omniũ humorũ mordendi vim habentiũ. Hęc Gal. quibus palã fit, eſſe falſum, quod Pereda profitetur, omnẽ vertiginẽ à cauſa frigida fieri, cũ interdũ cauſæ acris & mordicãtis, calidæ, ex Galeni cenſura, ſoboles ſit. elato etiã per arterias vaporoſo calidoq. ſpiritu, vertiginẽ quandoq. in multis valetudinarijs excitari, idem prodidit, lib. tertio de locis cap. octauo. Occurrit hîc problema.

Problema.

ma. Cur quieſcẽte capite poſt motũ in circuitu, ſpiritus intrà caput agitatur, & in orbẽ voluitur? Reſpõdendũ, quoniã natura humorũ & multò magis ſpirituũ inſtabilis eſt, & fluxa, vt incepto motionis exordio, non firmentur, & maneant: ſicuti aqua intra vas motum, quieſcente iam vaſe aliquandiu mouetur.

Cenſura octaua de epilepſia.

AN nuda qualitas poſsit comitialẽ excitare, multi vertunt in dubiũ. Gal. 3. de locis ſeptimo, ex Pelope præceptore videtur annuere, nudã qualitatẽ nonnũquã epilepticas acceſſiones producere: vt in ictis ab ſcorpio, impartita per continuationẽ partiũ in cerebrũ malaqualitate. Lib. de cauſis morborũ quinto cap. idem videtur annuere. Firmat id ratio, nã epilepſia fit, neruorũ principio, videlicet, cerebro ſeipſum quatiente, vt expellat, quod noxium eſt. 3. de locis citato: atqui facultas expultrix expellere ſolet, irritata, aut quantitate grauante, aut qualitate feriente, eodem Galeno teſte, lib. ſecundo de differentia febriũ cap. vltimo. Proindè cõſtat, à nuda qualitate irritari poſſe expultricem

trice cerebri ita vt fiat epileptica conuul-
ſio. Si hoc verũ eſt, vt certè verum eſt, li-
quet, probandã non eſſe Valleſij doctiſſi-
mi ſententiã, lib. tertio de locis citato, aſſe
rentis, nudã qualitatem non poſſe epilep
ſiã producere, quia (inquit) qualitas nuda
non poteſt obſtruere. Opus (ait) eſt, ſubſtã
tia quæ obſtruat, ea eſt humor, aut flatus fu
mùſue, quę quidẽ in via animalis influxus
hærentia conſiſtunt. Obſtructionẽ ventri
culorũ cerebri à craſſa ſubſtantia, frequen
tiſſimã eſſe primogeneę epilepſiæ cauſam
fatetur Galenus citato loco, ſed non negat
à mala qualitate nuda cerebri eandẽ affe-
ctionem excitari poſſe. Minimè etiã admit
tenda eſt Rondoleti ſententia, in ſua practi
ca opinãtis, cõtra Galenũ, nõ fieri à craſſo
ſucco obſtruente cerebri ventriculos epi-
lepſiã: quia (inquit) ſi obſtruerentur uentri
culi à craſſo ſucco, impediretur motus,
quod in epilepſia nõ fit. Sed expendere is
autor debuerat, non fieri in epilepſia cõ-
pletã ventriculorum obſtructionẽ à craſ-
ſo ſucco, & ideò motũ non priuari. Quãdo
autem cõpleta & exacta fit obſtructio ven
triculorũ, apoplexia inuadit hominẽ. Cę-

terum

terùm Pereda, libidine carpendi Valleſiũ ductus, ſic in eũ inſurgit: Valleſius tertio de locis, ait, omnẽ epilepſiã fieri ab humore craſſo, obſtruente cerebri ventriculos: ac proindé miratur, qua ratione poſsit fieri per conſenſum. Nõ animaduertens, ſolã eã epilepſiã quę eſt propria cerebri, paſſio à dictis humoribus fieri, eam verò quę per cõſenſum fit, à vapore aut alteratione ad cerebrũ aſcendente, ipſumq. irritante ad eius expulſionem. Hæc ille. Verùm, Valleſio citato loco, minimè profitetur, quod Pereda ſcribit, ſed dũtaxat in eã deſcendit ſententiã, quã diximus, nempe nudã qualitatem nõ poſſe epilepſiã producere, quia nuda qualitas nõ poteſt obſtruere. ita profectò mirari ſubit, quo pacto in recitanda hac calũnia, acerrimus Valleſij impugnator aduerterit, quę abſunt in cõmentario illo, nõ aduerterit, quę adſunt. problema fortè hîc illuſtrari cupies. Quî fiat, vt in epilepſia agente natura, noxã fugiente, facultateq. naturali expultrice cerebri, conãte noxium expellere, conuulſiui motus ſe quãtur? ex eo enim videtur accidere, vt ipſa natura, quæ morborũ medicatrix eſt, mor-

Problema.

morbi ſit autor. Dicendū, ſicùt natura in ſcopo & fine quē intendit, nuſquàm Falli tur, ita in inueniendis medijs ſcopo ſuo ac cōmodatis, rationis expers potentia non diſcernens, ſæpè aberrat, & correctionem medici efflagitat. Sic ſanè dolentibus partibus ſuperueniunt inflāmationes, docente Galeno lib. quinto aphoriſmorū. 53. natura properāte doloris causam propulſare: quę, vt id preſtet, ſanguine & ſpiritu dolentem locū replet. Sic & ſymptomaticæ vacuationes ad eā autorem referuntur. Aliud ramen hîc merito percontaberis longè maioris momenti? nā omnis conuulſio fit ab inanitione aut repletione, lib. octauo ſecundū locos cap. ſecūdo, & nullo pacto fit conuulſio à natura, eodem teſte, lib. ſecundo de cauſis ſymp. cap. vltimo: ergo epileptica conuulſio, vt potè quæ fit à natura, non eſt conuulſio: cuius tamen oppoſitū Gal. profitetur, tertio de locis ſeptimo, cùm inquit: morbus comitialis conuulſio eſt omniū corporis partiū nō perpetua. & infra: fit verò neruorum principio nempè cerebro ſeipſum quatiente, vt expellat, quod noxiū eſt. Reſpōdemus, duplicē eſſe con-

conuulsionē apud Galenū & alios classicos autores. Quędam est conuulsio facta & permanēs, quæ sanè toto genere est prę ternaturā & nullo pacto fit à natura, sed ei⁹ causæ sunt inanitio & repletio, ex Hipp. sexto aphorism. & de hac duntaxat loquitur Gal. secundo localiū tertio, & secundo de causis symptomatū vltimo, dum profitetur, cōuulsionē nō fieri à natura, sed ab inanitione aut repletione. altera est cōuulsio fiens, quę nec est perpetua, nec habet esse permanens: hęc profectò à natura fit, seu à facultate natutali expultrice, irritata à morbosa & prętenaturali causa. Talis haud dubiè est conuulsio epileptica. Huic etiā (mea sententia) finitio conuulsionis, (quā Gal. tradit lib. 6. Aphorismorū. 39.) quadrat: etsi oppositū doctissimus Vallesi⁹ in controuersia de epilepsia, videatur sibi persuadere. Est enim conuulsio retractio inuolūtaria neruorū & musculorū ad sua capita seu principia. Sanè talis est epileptica conuulsio, quippe quæ nō proficiscitur à volūtate, sed à naturali cerebri facultate expultrice, conante, quod noxiū est propulsare. Respōdet Vallesius, conuulsionē

epilepticam fieri ab animali facultate, & ideò inuoluntariũ motũ prorſus dici non poſſe, & ſi fiat inuito ęgrotante: & proindè verã cõuulſionem nõ eſſe ſed motum cõ uulſiuũ. At (pace doctiſſimi viri dixerim) hoc improbabile eſt, & cõtrarium Galeni decretis. Nimirum, fit cõuulſio epileptica neruorũ principio, nẽpe cerebro, ſeipſum quatiente vt expellat, quod noxiũ eſt. Ad motũ autem cõcuſſiuum cerebri neceſſe eſt, neruos ſubindè cõcuti, & cõuelli: vt ter tio de locis citato Gal. docuit. Ec quis autẽ ad hùc ambigit, talem cerebri motũ à naturali eius expultrice facultate proficiſci? in rigoribus hęc eadem facultas naturalis expultrix cõcuſſiuos illos motus edit, vt expellat, quod violenter per ſenſibilia cor pora fertur. & licèt poſſit permiſceri volũ tarius muſculorum motus voluntatisim perio, refertur tamen à Galeno rigoris mo tus, ad naturalem facultatẽ expultricem, nõ ad animalem. Vt hinc intelligas luce clarius, facultatem naturalẽ exp. cerebri & neruorũ ſimiles motus cõuulſiuos edere & concuſsiuos, dùm vehemeter irritatur aut quantitate grauante, aut qualitate feriente,

riente. Adde etiã, nam facultas animalis nõ expellit niſi mediantibus muſculis, quibus cerebrum caret: proindè cõuulſiuus ille motus epilepſiæ magis eſt referendus ad facultatem expultricẽ naturalem, quã ad animalem & voluntariam. Nõ quidem libenter iſthæc leuiſsima ſcriptis mandamus, aduerſùs placita doctiſſimi viri, qui vehementer probauit labores noſtros, ſed veritas animoſa cogit. Cęterùm, quantũ ad curationem morbi comitialis attinet, aduertendum eſt, iuxtà claſſicos autores, medicamenta quędam offendi, quę occultis nobis facultatibus prędita ſunt, curantibus iſtam affectionẽ. Talia eſſe judicantur peonia ex iuttà alios ſmaragdus, & ex placito Plinij, vermiculi lanuginoſo in rubo reperti, & alia id genus. Hos omnes carpit Petrus Paulus Pereda, in ſcholio ď epilepſia ſic ſcribens: qui exiſtimant aliqua eſſe medicamenta, curantia epilepſiã occulta vi decipiuntur maximè, quia hic morbus manifeſtus eſt, nempè obſtructio, aut res cerebro contraria, ſiue alteratio, ſiuè vapor: remedia etiam erũt manifeſtavi agentia, qualia ſunt illa quę morbo contrarian

tur. Hęc Pereda. Quę censura nō minimū sententiæ Galeni & aliorum classicorum opponitur, & aduersatur. Principiò aliqua esse medicamenta, prędita occulta quadā nobis facultate, qua membra propria respiciunt, Gal. & cęteri probati autores annuunt, & experientia firmat. Lib. de theriaca ad Pisonem cap. sexto: nōnulla vero inuenimus, quæ partes etiā quasdam corporis priuatim vitiant. Nā lepus marinus pulmonem exulcerat, & cantharis vesicā peculiariter afficit, & vitiat. Contrà plæraq. medicamenta quibusdā partibus eximiè curandis sunt idonea. Patienti igitur jecinori sępé eupathoria herba strenuè auxiliata est, mirobalanus lienen iuuat, saxifraga & bethonica renes pulcrè afficiunt, & similiter alia aliarum, vt experientia obseruauim⁹, propria sunt medicamina. &c. iuxtà itaq. Galeni opinionē palā est, medicamenta quædam respicere membra propria. Huius nimirùm causa est analogia quædā, seu similitudo substantię quę inter medicamenta & quasdā partes nostri corporis est. quę tamen similitudo sit ista, distinctè dicere nō possumus, vt potè quam

non

nõ assequitur sensus. proindè eam vim occultam, aut proprietatem occultã totius substantię cum Galeno appellamus. Porrò si datur analogia occulta alicuius medicamenti cum parte affecta, quid nietiã dabitur antipathia occultà aliquorum medicamentorum cum morbo? talia ad epilepsiam esse judicantur peonia, smaragdus vermiculi in rubo reperti, & alia id genus. Si quę sunt medicamenta igitur experientia assidua cõprobata, & a methodo & ratione sunt aliena, talia occulta vi esse prędita dicimus: eisdemq. fęliciter vtimur in termedendũ, quid quid in oppositũ obganiat Pereda. Prudentissimè de ijs sic fatur Gal. lib. 9. simplicium cap. octauo: sunt & lapides qui vires habẽt, partim secundum totius substantię proptietatem, partim secundũ qualitates affectrices; porrò vt hęc differánt, superiùs docui. Siquidem facultates quae proprietatis totius substantiæ ratione in sunt, à methodo ac ratione aliena sunt, & per solam noscũtur experientiam. Nam cur hic lapis tacto vulnere, vndè sanguis prorũpit, cursũ eius reprimat, haud nouimus. Hoc Gal. quę adeò insolenter re

cipit Pereda, vt nec ijs ſuaſus iſthęc medicamenta admittere velit, cap. de fluxu ſanguinis narium. Sed hos qui ſimilia naturę arcana inficiantur, ad noſtratem Antoniũ Ludouicũ Luſitanum remittimus, peculiari tractatu de occultis proprietatibus plurima diſſertantẽ. Hęc igitur omnia ſi vera ſunt vt profectò ſunt veriſſima, nõ eſt, ꝙ Lupeius vereatur, libello ſuo ꝺ placitis Gal. omnẽ fidẽ ſuperare, quod Galenus tradit de peonia, nimirũ, collo geſtata illicò libe rabatur epilepticus: admiranda quippè de ijs medicamentis experientia noſcuntur quotidie, quorũ cauſa planè nos latet.

Cenſura nona de melancholia.

Vfficienter probatum à nobis eſt veram eſſe Galeni ſententiam, tertio de locis cap. quinto, aſſerẽtis, tenebrã & nigrũ colorem ſpirituum & cerebri, cauſam eſſe actiuam melãcolicorũ ſymptomatum, nẽpe metus & meſtitiæ & delirij etiã melancholici. Diſſeruimus itidem, argumenta Auerrois in Galenũ parũ aut nihil concludere. Proindè labitur Lupeius, libello de placitis Gal. dum cenſet, in reddenda cauſa timoris melãcholici lap-

lapsū fuiſſe Gal. Nā (inquit) ſi tenebrę ſua natura id facerēt, & cubiculo obſcuro quo dormim⁹ timeremus. Friuola profectò ratio, nā interior tenebra cerebri & ſpirituū vitiat inſtrumenta animæ, quibus ſuas operationes obit: exterior verò nō vitiat Animæ inſtrumēta. quòd ſi aliquando timorē inducit, eſt, quia opinamur, aliquid terrorē inducēs, in tenebris latitare. Nec Gal. cēſet eodē modo tenebrā & obſcuritatem cerebri id efficere, ſed ſimili modo. Quia nēpe obſcuritas eſt cōtraria optimæ cōſtitutioni inſtrumētorū animę, quę cōſiſtit inſplēdore & tenuitate decēti: ſicq. inſtrumētis animæ vitiatis, meritò eius actiones corrūpūtur. cęterū, Pereda cēſet, expū gēdū eſſe locū Gal. 3. de locis 6. ita dicēs: in cerebro generatur melācholia à colore ſanguinē exſiccāte, ipsūq. melācholicū efficiēte. vt dè corriges locū Gal. tertio de locis ſexto, qui ſic habet: in cerebro melāchol. humor genitus eſt, cū videlicèt internus calor aut flauābilē, aut craſsū atrūq. sāguinē aſſauit. delendum enim eſt totū hoc (aut flauā bilem, aut) quia flauā bilis aſſata fit atra bilis, non autem melancholia. Hactenus ille.

non aduertit tamen, apud Hippocratẽ, lib. ſexto epidemio: ũ in nne ſcribentem, melancolici ſepè comitiali afficiũtur morbo, & è contra comitiali morbo affecti (intellige ex Gal. ab atrabile) efficiũtur melãcholici, per melãcholicos intelligi prehoſme lachol. morbo & mania affectos procedẽte ab atrabile, quæ exuſtis humoribus fit. Fit mat hãc interpretationem Gal. lib. 3. de locis cap. ſexto, ita ſcribens: quippè non ſolũ atrabilis, verùm etiam pituita comitialẽ producit, igitur ea quam atrabilis conſtituit, in melancholiam aliquando tranſit. Quę verò à pituita parta eſt, in aliam affectionẽ permutatur, melancholiã verò nequaquàm efficit. & mox ſubdit. quippe cũ anima ſit aut temperamẽtũ actiuarũ qualitatum, aut ab ipſarũ temperamento permutetur, bilem cùm cerebro veluti parti inſtrumentali nocet, ad cerebri corpus cõuerti ait, id quod id obſtructionibus fieri, conſtat. Cùm verò temperamentũ mutando, ei vt ſimilari nocet, ad mẽtem eam repere dicit. Hęc Gal. ex quibus luce clarius fit, inibi nomine melancholicorũ, etiã deſignari inſanientes, ſeu correptos mania,

quæ

quę fit ab atrabile aduſta, eodē Gal. teſte, lib. 6. aphoriſmorū quinquageſimo ſexto. ſic etiā alibi idē Hipp. nomine inſaniæ melancholiā morbū intelligit, vt interpretatur Gal. lib. 6. aphoriſmorum 21. adde etiam, nam eodē Gal. teſte, lib. de atrabile in fine, vtramq. atram bilē nihil prohibet vocare humorē melancholicū. Sic enim ſcribit: nod enim in exactè ſanis bilis atra eadē eſt, atq. in nonnullis qui à naturali habitu exceſſere. Verūm vtramq. melancholicum humorem nihil prohibet vocare. Ex quibus palàm fit, rectè apud Hipp. & Gal. locis citatis melācholicos dici melancholia morbo prehenſos, & furore ſeu mania ab atrabile exuſta affectos. Quippe de vtriſq. verè enuntiatur Hipp. illa ſentē tia allata ſuperiùs. Quod rectè expendens Gal. 3. de locis citato, meritò ſcribit, in cerebro melancholiā, id eſt, atrambilē fieri, cùm videlicèt internus calor flauambilē, aut craſſum atrumq. ſanguinem ſuperaſſa uit. Prætereà interpretationem Peredę cęterorū verborum Gal. (aut craſſum atrūq. ſanguinem ſuperaſſauit) apertè repugnare Gal. ſententiæ, conſpicuum eſt. etenim

non à

etenim non à calore ſanguinẽ ex ſiccante (vt ipſe vult) ſuccum melancholicũ generari, inibi Gal. cenſet: ſed ab immodico calore ſuperaſſante craſſum ſanguinẽ, alterã bilem atram generari, profitetur. Quẽ profectò ſenſum clarè indicat verbum illud, ſuperaſſauit. Satius igitur fuerat expẽdere melancholicorũ nomen apud Gal. citato, latiùs patêre, vt eſt probatũ, ita vt etiã amplectatur inſanientes & maniacos, duntaxat ab atrâbile aduſta tales redditos: quod ſi feciſſet, allatũ errorẽ ſubterfugeret. Aduertere tamen hîc oportet, quod fuſiùs in medico commẽtario probauimus, in omni melancholia morbo, non ſolũ propter tenebrarum occaſionem, ſed etiam propter malam intemperiẽ melãcholicã Symptomata melancholica fieri, mæſtitiamq. adiũgi. Porrò vbi permiſcetur ſanguis, triſtitia vehemens non eſt. Ex quo conſpicuũ euadit, eam melancholiam ſanguineam, vt non abſoluitur à cõmuni merore melãcholiæ ita ſimul per inuerualla edere lętitiæ ſigna, ſanguinei humoris germina. Sciſcitaberis? cur ergo aliquãdo profuſi rident, magis cantant, quàm dum ſani magis

gis ſanguine abundabant? dic, id accidere, quia deſtituũtur ratione, quę renititur affectibus inductis ab humoribus. Addunt etiã alij, quia vſtus ſanguis multò quã anté magis ſplẽdet, ex quo ſplendore animi alacritas oritur: quod nõ pindè probam⁹. Porrò autẽ, quopacto intẽperies melãcholica morboſa ſedis principalium virium & ſpirituũ immediata ſit cauſa melancholicorũ Symptomatũ, nihiloſecius ac tenebra & niger color cerebri, hoc loco fuſiùs nõ diſputabimus, ne videamur philyras implere, & idẽ vbiq. repetere, quod aliàs in cõmẽtario ſcriptis tradidimus. Proindè hîc dũtaxat cẽſemus, planè eos hallucinari, qui ſibi perſuadẽt, ſymptomata melãcholica proximè à mala intẽperie melãchol. cerebri & ſpirituũ nõ excitari, ſed mediate nẽpe mediãte nigro colore. & ſanè miror idẽ profiteri doctiſſimũ Valleſiũ, in cõtroverſia de melãcho. nimirũ fit melãcholia morbus, ex decreto Gal. tertio de locis. 5. & 6. cũ melãchol. tẽperamẽtũ cerebro vt partiſimilari nocet. Proindè morb⁹ eſt malæ tẽperaturæ, à qua cũcta melãchol. ſymptomata immediatè pẽdẽt. Siquidẽ morbus

bus affectus eſt præternaturã per ſe primo actionem lædens. Lib. de Sympt. differentia: ſed eſt ater color & tenebra ſimul eorundem Symptomatum immediata cauſa. Nam quemadmodum debitum temperamentum ſpirituum calidum nempè & humidum, & debitum etiam temperamẽtum ſedium principalium virium eſt cauſa lætitiae, vt lib. de viribus cordis Auicenna probat, ita è contra intemperies oppoſita frigida & ſicca cauſa erit timoris & mẽſtitiæ. immoderata quoq. cerebri ſiccitas melancholica delirium parit, quia ea quæ ſimul minuunt ſpiritus, & eorum cerebri q. temperiem euertunt, & corrumpunt, & ſimul eos exagitant, & mouent, delirium faciunt, vt cõprobat Auicennas, prima fen tertij cap. 8. Talis melancholica intẽperies eſt, vbi vehementer cerebrum immutat. nec in oppoſitum quicquam concludit argumentum Valleſij, nempe, ſi frigida & ſicca intemperies efficeret ſymptomata melancholica, omnes ſenes, vt poté nimium frigidi & ſicci afficerentur eiſdem ſymptomatis. nihil (inquam) argumentũ hoc concludit. aliud enim eſt intemperies morbo

ſa

ſa frigida & ſicca,quæ potis eſt,lędere ope rationes,& aliud tēperies frigida & ſicca, quæ intra limites naturae continetur:nec morboſa eſt,aut operationes lædit. Talis eſt ſenū temperies frigida & ſicca, proindè ſymptomata melancholica non producit,niſi limites naturæ excedat, & ſuperet.nihiloſeciùs cenſendum,inualidū eſſe argumentum Lupei,lib.de placitis Gal.fo. 44.ſi(inquit)melancholia morbus fieret, propter ſiccitatē melancholiæ cerebro inductā,qui maraſmo ſunt correpti,quibus magna ſiccitas eſt in cerebro, neceſſariò melancholia deberent corripi. Nihil concludit argumentum.Minimè enim omnis immodica ſiccitascerebri deliriū facit,ſed illa dūtaxat quæ minuit, & ſimul exagitat plus iuſto,& mouet ſpiritus:&pręſertim ſi terrorē in animo īducat,qui maxima cauſa eſt inquietudinis animi,& ſpirituum, & maximi peruigilij.Intemperies verò calida & ſicca hecticorum terrorem nō facit, nec inquietat animum,& ſubindè nō exagitat plus iuſto ſpiritus:& proindè deliriū non facit.ê contra intēperies melancholica cerebri & ſpirituum hęc omnia produ

cit

cit ſymptomata, ſimul cũ tenebra, nigro colore,& obſcuritate cerebri & ſpirituũ, quę(vt probauimus)eorũdẽ ſymptomatũ quoq.cauſa eſt,vt Gal.& Aſclepiades memoriæ prodiderũt.Demũ nec cuiuſdãneoterici argumẽtũ apud me quicquã probat ꝓValleſio cõtra noſtrã Cẽſurã.Nẽpè,ſiab interperie melãchol. procederẽt aliata ſuperi⁹accidẽtia,intẽperies frigida & ſicca ĩ materialiscerebri eſſet etiã melãc.morb⁹, & produceret melãc. ſymptomata, quod null⁹medicorũ profeſſus eſt. Nihil profectò cõcludithæc ratio.Nã ĩmaterialisintẽperies frigida & ſicca quãdo adeò ĩcreuerit,vt excitare poſſit melãc.pathemata, iã ĩmaterialis nõeſt,ſed materialis:nimis enĩ ĩfrigidato & exſiccato sãguine ab eadẽ in temperie,neceſſe eſt,produci melanc.ſuccũ, qui reddit iã intemperiẽ materialem.

Cenſura decimade Apoplexia.

Perę pretiũ erit,breuib⁹& ſub epilogo expẽdere,an ab ōni ſucco multitudine & quãtitate obſtruẽte vẽtriculoscerebri excitari poſſit apoplexia. Probatũ à nobiseſt cõtraFerneliũ,à sãguine &atrabile apoplexiã quãdoq. exoriri,idq. ex Hippocratis & Gal.ḋcretis.Gal.autẽ . 4. de lo

cis 2.ānuētē,ſoporis,morbi comitialis,& apoplexię causā frigidū& craſsū humorē eſſe,docere id quod magna ex parte cōtingit.Haud ſeciùscōſuetū eſt ōnibusclaſsicis quę sēper ferè fiūt, ſimpliciter affirmare: proīdè frigidū & craſſū humorē huiusaffectionis cōſtituit causā,ꝙ ſic ſæpiſſimè cōtīgat.Nō tamē ob id abnuit cauſas alias obſtruētes,quæ rarò eueniūt,nēpe ſanguinē &bilē,præſertim craſſiorē.Quippe cū corpulēti hi ſucci ſint,poterūt ſanè quātitate & multitudine ita replere,& obſtruere vē triculos cerebri,vt īfluxū animalis facultatis præpediāt,& tādē attonitū morbū excitare.nimirū duplex eſt obſtructio,Gal. teſte,lib.1.đ ſanitate tuēda.19.quædā ex abū dātia&quātitate excremētorū,altera àqualitate eorūdē,videlicet à lētore aut craſſitudine,orta.poterit ergo, ſi nō qualitate, ſaltē quātitate bilis vētriculos cerebri obſtruere,ſi fortè ī vētriculos affatim irruat. Porrò Horatius Augenius in epiſtolis Gal. īterpretatur aliter,nēpè cū 8.&.10.methodi ait,à quātitate &multitudine obſtructionē fieri,ꝑ multitudinē &quātitatē dūtaxat intelligere Gal.sāguinis plenitudinē nōvērò ſolam.

ſolã quantitatem alterius humoris à ſanguine. Quam tamen interpretationẽ non eſſe conſentaneam ſcriptis Gal. planũ eſt. Quippe idẽ Gal. primo de ſanitate tuẽda citato, ex abundantia etiam & quantitate recrementorũ ſola, obſtructionem quandam fieri profitetur, alterã à qualitate, videlicet à lentore aut craſſitudine. Minimè igitur per abundantiã & quantitatem Gal. ſolam ſanguinis plenitudinem citatis locis intelligit, vt Horatio ſibi perſuadet, ſed etiam cuiuſq. ſucci aut recrementi quantitatẽ immodicam citra lentorem & craſſitudinem. Ad hæc, flatuoſus ſpiritus, Hippocratis teſtimonio lib. de flatibus propè finem, apoplexiam excitare poteſt, ergo bilis quæ longè craſſior eſt flatuoſo ſpiritu, idem facere poterit. Adde nam ſi iuxtà Galeni decretum ſanguis apoplexiam interdũ facit, cur etiam idem ei bili contingere non poterit, quæ procul dubio poteſt craſſitudinem ſanguinis quandoq. æquare? nimirũ, bilis vitellina apud Gal. lib. de atrabile, fit à bile flaua caloris appulſu craſſiori reddita, ita vt crudorum ouorum vitellis ſit ſimilis. Igitur licèt euẽtus is rariſſimus

ſit,

sit,est tamē possibilis,vt cōprobātū linquī tur:possibilitas enim (vt asserit Auicenna cap.de quintana)res ampla est. Cęterum, Pereda in scholio ad caput de apoplexia, in Vallesiū spicula misit ad hūc modum: Non est,quod sequaris Vallesij sententiā, septimo epidemiorū comm.octogesimo tertio,qua sentit,ab omni humore fieri apoplexiam;& quod peius est,quasdā apoplecticas passiones à crasso flatu admittit. Quia bilis flaua tenuis cum sit, permeabit per meatum,nec rautē obstruet. Quòd autem non obstruat vapor,superiori scholio diximus.Hęc ille.Cæterū,verisimilior mī hi videtur Vallesij cēsura ,scribētis:ab omni succo multitudine obstruente, fieri posse passiones apoplecticas,nam vel à crasso flatu fieri solent earū quædam:idq. ob argumēta allata superiùs,quę esse Gal.cōsē tanea de cretis arbitramur. Quòdverò ex. Hipp.attullimus, lib. de flatibus propè finē,à flatu interdum apoplexiam excitari, velim interpretandū,de debili apoplexia, nam fortis iam quoque à crasso succo vel humore vehementer & plenè obstruente magis exoritur.Non enim rationi consen 6.Aphor. 51.

taneũ videtur,à ſolo flatuoſo ſpiritu Citrà præſẽtiã Craſsi ſucci, tã contumacẽ abſolutam,& completã obſtructionẽ in ventriculis Cerebri Fieri poſſe,vt indè fortis apoplexia hominẽ inuadat. Verũ diſcutienda hîc nihiloſeciùs eſt non negligenda dubitatio. Si apoplexia illa omniũ fortiſſima Reſpirationẽ tollẽs impoſſibilis curationis eſt,vt Hipp.& Gal. 2. Aphoriſmorũ tradiderũt,quales extiterũt,eorũ apoplexiæ, qui mortui iudicati reuixerũt quorũ exẽpla maiorũ teſtimonio cõfirmari legiſti? nõnulli ſanè cũ defererentur ad ſepulturã euigilarũt ex apoplexia illa grauiſſima, penitus reſpirationẽ auferente. Nec enim vnquã ſepulturæ traditi forẽt: niſi reſpiratio omnis quę ſentiretur,ablata eſſet. Haud aliter diluenda dubitatio eſt, quã ſi cũ Gal. credamus Hippocraticas impoſſibilitates nõ excludere caſus rariſſimos: nec enĩ perpetuũ aliquid ars admittit,quod nõ interĩ labatur,& deficiat. inquires? cur etiã hi nõ reſpirãtes ſeruati ſunt? dic,in cauſa eſſe tẽperamenti frigiditatem, cui cordis pulſatio exigua ſatis eſt. idẽ in ſtrangulatu vteri accidere,lib. 6. de locis Gal. Prodidit. Por-

Problema.

rò

rò in curatione apoplexiæ culpat eos Petrus Paulus Pereda, qui in principio acri clisteri vtuntur: haud seciùs & illos, qui expurgantibus medicamentis curationẽ aggrediũtur. Sed cũ in superioribus sit probatũ, ex Gal. sentẽtia 13. methodi cap. 10. deorsùm expurgantia in affectibus materialibus capitis reuulsoria auxilia esse, indicatione sumpta à fluẽti materia, post sãguinis missionem in attonito morbo & comitiali, ex classicis autoribus, sũt multis nominib⁹ approbãda, & laudãda. Expẽdam⁹ tamẽ eius rationes, expẽdẽtes, an aliquid prę se ferãt momẽti. Prima ratio, acres clisteres ex validè purgãtibus constructi, solũ euacuãt ex intestinis & primis venis, & nõ ex toto corpore: nõ igitur in apoplexia sũt vsui. Antecedẽs probat ratione & autoritate. Ratione, nã medicamẽtũ purgãs vt agat dẽbet in actũ reduci, sed p clisterẽ inie ctũ nõ potest reduci in actũ, ergo nec purgare. Minorẽ assũptionẽ probat ex natura acris medicamẽti quod statìm irritat intestina, & proìndè expellitur. Autoritas, qua hoc ipsum probat est Gal. lib. 4. aphorismorũ secundo, vbi inquit, clisterem exparte euacuare,

cuare,videlicèt ex inteſtinis & primis venis.Non conferunt ergo acres cliſteres in apoplexia,ſiquidem nec affectū, nec eius cauſam reſpiciunt. Eſt profectò hæc probatio nullius momenti:ſiquidem ſyllogiſmi aſſumptio eſt apertè falſa : & item eius probatio ridicula.Cùm enim retētio illa cliſteris ex parte voluntarius motus ſit,poteſt ſanè eouſque infuſum voluntariè reteneri,vt cōpleta medicamentorum expurgantium actuatio fiat â calore naturali inteſtinorum,& ſubindè ſuccorum peccantium tractio.atqui in apoplexia licèt hæc retentio voluntaria fieri non poſſit,tamen quia expurgantiū irritationes non ſentiuntur,fit,vt diùtius immorētur in inteſtinis : proindé probê actuantur,&trahunt etiam à maioribus vaſis cacochimiā.Adde,nam ſi,ex Gal.quarto de vſu partium decimoſeptimo,inteſtinis facultas quædā coquendi cibos ineſt,ita vt alimenta tenuia per ſe dē indita alere poſſint,liquet, ab eadē facultate actuari poſſe ex purgantia per ſedem infuſa.Autoritas porrò Gal.4.aphor. ſecundo,non loquitur de acri & fortiter expurgāte cliſteri, de quo eſt ſermo propoſitus.Præterea,quòd acutiora enemata

vim interdū habeant, expurgandi cacochi miam totius corporis, colliges ex verbis Gal. lib. ſecundo ad Glauconem cap. ſecū do, quę ita habentur: ventrē tantūmodò ijs expurgare ſufficit, dandū autem medica men, quod bilem flauam educat, (de hery ſipelate verba facit) ſi verò affectio parua fuerit, nec hoc facere eſt neceſſarij, ſed ſuf ficit, cliſteri acri vti. Id clarius docuit, quar to acutorum trigeſimo, aiens: totū corpus vacuare oportet ſanguinis detractione, purgatione, & cliſteribꝰ. & primo ad Glau conem quartodecimo, cliſteri profuſam expurgationem (hyperca harſin dictam) fieri poſſe, meminit. Sanè idē ſum quarto acutorū vigeſimo ex ungit, dicens: nem- pè relaxato per ſanguinis miſsionem cor pore, quod ex morbificis humoribus qua litate vitioſum ſuperfluit, per cliſterem id euacuare jubet. Quòd autem ſcopus illi ſit, nō ſolūm alimenti excrementa ſubdu cere, verùmquoq. & paſſum locū expurga re, (de angina loquitur) palàm eſt. &c. quā ſententiā ſi falſam judicaret, (vt Pereda ſi bi perſuaſit) proculdubio, vt moris habet, eam reijceret, & confutaret, quod tamen

nimè facit. Valēt ergo enemata acuta toti⁹ corporis cacochimiā quādoq. ꝺturbare ſucceſſionis ratiōe: & pręſertī ſi tertio quo que die infūdātur, vt iubet Autor illi⁹ quarti lib. ꝺ ratione victus. De vomitu verò in apoplexia cēſēdū, minimè eſſe ꝓficuū niſi repleto vētriculo hominē is affect⁹ prehē ꝺrit: nā tūc tēporis cūvehemēter foueatur cerebri affectio à repletione vētriculi, vomit⁹ poteſt eſſe vſui. Aliter nocuuseſt, quia euidēter caput replet, vt li. ꝺ venę ſectione ad eraſiſtratæos cap. 15. Gal. ſcribit. demū aliæ huius neoterici rationes quibus reprobare nititur in apoplexia expurgationem, prorſùs sūt inualidę. Nēpe, expurgationē nō educere humorē obſtruētē vētriculos cerebri, & proīdè nō curare affectū prę sentē: & humorē eſſe firmatū in parte, & ideò nō niſi poſt coctionē eſſe euacuā ꝺū. Sanè īdigna hęc sūt: vt fuſi⁹ refutētur. Na reuul ſoria expurgatio quæ debetur fluēti materiæ à toto corpore in cerebrū, nō expoſcit humorū cōcoctionē, ſed exercenda eſt in prīcipio, quo tēpore fluit humor, vt ſuadet Gal. 4. acut. 64. & 76. obijcet ille, cū expurgas in hoc affectu humores in venis, & materiā antecedētē euacuas, tūc nō curas af

fectū prẽſentẽ,nẽpè obſtructionẽ cerebri quæ errhynis& apophlegmatiſmis potiùs curatur.Fateor,ſed ſic præcauemus,ne foueatur obſtructio cerebri ab antecedẽte cauſa:cui⁹purgatione priùscelebrata,ſecuriùs accedim⁹ ad euacuationẽ materię obſtruẽtis,p nares & palatū adminiſtratis caput purgijs.Etenī hæc medicamẽta narifuſoria & apophlegmatiſmi,ex decreto Gal. lib.1.de humorib⁹in enarratione ad textū 20.ad finẽ,Raſario interprete,nuſquā ſecurè adminiſtrātur, niſi præuacuato corpore,ſcatẽte&vexato ſuccorū prauitate.Proindè vt ſuadet Celſus,lib.3.26.primo ijs sāguis mittẽd⁹,&protinùs alui ductione propriis medicamẽtis vtẽdū.Atqui cū is affect⁹vehemẽter vrgeat,&indutias nō prębeat,rediculū erit profectò cōcoctionẽ expectare,vt ſuadetHipp.4 aphoriſ.10.differre enī in talibus malū. Nō iniuria circa hāc affectionẽ quærūt aliqui,an vera ſitCaelij Aurelianiſentẽtia,lib.3 acutorū morborū cap.5.ſic dicẽtis:&sūt difficiles curationes apoplexię fortiū hominū:debilesetenī oppreſſionib⁹magis ſuperātur,atq.ferre maiora adiutoria minimè poſsūt.hīc etiā fœ

ſpecialiter difficilius viris curari perſpicimus atque ſenes & pueros, à perfectis ætatibus, & tabidos magis quã qui habitudine vigent. Item eos qui prętacti ſunt ęgritudine, magis quàm qui nulla fuerint morbi contagione ſauciati. Adjuuat etiam difficultatem hiems, non ſolũ quòd corpora denſet, verũ etiam quòd quibuſdam adjutorijs oppugnet. hæc Cęlius. Quę quidem prima ſpecie conſona non apparent decreto Hipp. lib. ſecũdo aphoriſmorũ, in morbis minus periclitantur, quorum naturæ, regioni, tempori, et conſuetudini morbus affinis & cognatus exiſtit. Nam diſproportionales affectiones à maiori cauſa fiunt, proindè qui habitu ſunt valente, et admodum diù in morbos non inciderunt, periclitantur, ſi incidant, ſecundo de præſagijs ex pulſibus quarto. Hinc fit etiam, vt difficiles ſint curationes apoplexiæ fortiũ hominum, vt Cęlius ait, quia à maiori cauſa excitantur. Reſpondendum, difficiliores apoplexię iudicantur in pueris, & imbecillibus, et hiemis tempore, quia licèt ſint ijs proportionales ratione cauſę morbificę, ſunt tamen diſproportionales ratione curationis:

Cælius Aurelianus.

rationis: quia remedia fortia, qualia expoſcit hęc affectio, imbecilla corpora ferrè non poſſunt. ideò rectè Cælius iudicat, debiles ferre maiora adjutoria minimè poſſe, et ideò oppreſſionibus magis ſuperantur. Difficultatem curationis etiã adiuuat hiems, quòd diſcuſſioni craſſorum humorum reluctetur, et attenuationi: proindè hiemalis apoplexia eſt diſproportionalis curationi, licèt cauſę morbificæ proportionalis ſit.

Cenſura vndecima de ſuffuſione.

HYpochyma græcis ſuffuſio eſt latinis, vulgo cattarata. Incipiens ſuffuſio non facilè medicamentis diſcutientibus curari ſolet, nam inueterata paracenteſim, id eſt, operationem quæ acu fit, expoſtulat. Cõſideranda eſt fluxionis cauſa, ſi enim à capite fluat humor, eius intemperiem corrigimus. Si à toto corpore fluat, ſanguinem mittimus, expurgamus, et tandem ad topica accedimus, quæ ſenſim diſcutiant humorem non dumvaldè concretum in oculo. Petrus Paulus rẽ penitiús (vt ipſe ait) conſiderans, ſibi perſuadet, hanc non eſſe optimam curationẽ

quia ſuffuſio incipiẽs, vt experientia lõga docet nũquã medicamẽtis dictis curatur: quia humor ſub mẽbranis ĩcluſus ea cõtẽ nit. Meli⁹ ergo (inquit) erit omittere prędi ctã curationẽ, quę ĩpedit pfectã humoris cõcretionẽ: quę fiet, ſi ſtatim vtamur extre mitatib⁹ animaliũ, eorũdẽ cerebris & alio victu incraſsãte, vt humor cõcreſcat, & du rior fiat, & hac ratione poſſit facilè acu à pupilla in ãgulũ oculi mutari. Hęc eſt Pe redę cẽſura, quę in vniuersũ probãda nõ eſt. Nec enĩ cõmunis curatio dicta, à cũ ctis claſſicis cõmẽdata, õnino eſt flocci pẽ dẽda: ſiquidẽ vidim⁹ nõ ſemel experiẽtia nõnullos, peractis vacuationib⁹, ĩcipiẽte le uiori ſuffuſione collyrijs liberari, vt Celſus lib. 6. ca. đ ſuffuſione prodidit etiã. Id ſané & aliqui lõga experiẽtia pręditi, & nos nõ ſemel pręſtitim⁹ ſequẽti, cuius gratia breuẽ hã cẽſurã exarauim⁹. Vinũ đcoctionis eu phragię & fęniculi reſeruetur aliquib⁹ die bus in vaſe aurichalcheo, (vulgò de latõ moriſco) quouſq; reddatur viride, & addi to felle hircino, melle, & puluere capitũ hi rũdinũ crematarũ, fiat collyriũ, quo vtere fęliciter. Nec vero diffitemur, ctaſsũ hunc

ſuccum

ſuccũ ſub tunicis oculi iãvaldè cõcretũ, ad modũ difficulter diſcuti poſſe. & proindè rectè à Gal. lib. 4. loc alium. 4. ad finem, traditũ eſſe, promſſiones omniũ horũ medicamẽtorum magnas eſſe verum effectũ aliquãdo nullos, aliquãdo valde exiguos. Quia tamẽ multi timẽt paracẽteſim alijs nõ sẽper ex voto cedit ob imperitiã artifi cum, fit merito, vt ſtatim initio leuiori ſuffuſione incipiente, prędicta curatio tẽtanda ſit, nihil prorſus in oppoſitum alia cẽſura obſtãte. cautos etiã velĩ medicos in victus ratione inſtituẽda, victus quippè exte nuãs in hac affectione proficuus eſt: proindè victus incraſſans gratia paracẽteſis nõ eſt temerè imperãdus, cùm ſæpè nouę ſuffuſionis ſit occaſio. Cõmẽdãt tenuẽ victũ claſſici autores ferè omnes, & Paulus lib. 3. ca. proprio. Cęterùm, accidit ſæpe ob defectũ ſplẽdoris humoris chriſtallini, visũ citrà ſuffuſionẽ aliquã hebetari, vt in ſeni bus qui ab ſpecillis iuuãtur. Quã ob rem iure percontaberis? cur ergo ſenes iſti ſpecillis melius vidẽt, iuuenes verò magis hebetantur? occurrendum, ars naturam imitans ocularia ex Criſtallo externo excogitauit *Erotema.*

gitauit,vt ſuppleant externi chriſtalli ſplẽ dore fulgore,& denſitate,quod deeſt inter no chriſtallino oculi ſenum.iuuenes autẽ cùm ex ſe habeant ſufficientem ſplendo-remchriſtalloidis,externo,ceu immodico hebetãtur magis.Porrò quia de cinere capitum hirundinum crematarũ ad diſcutiẽdas ſuffuſiones hîc fit ſpecialis mẽtio,quẽ practici meritò commendant,vt potè qui ſit citrà morſum inſignẽ ſtrenuè diſcutiẽs: ideò non eſt quoq. ſilentio inuoluendũ, crematarũ hirundinum cinerem efficax eſſe in curatione anginę remedium, tam intus quàm extra appoſitũ. Id quod vſus aſſiduus oſtendit, & Dioſcorides memorię prodidit,lic.2.cap.proprio, & Gal.lib. vndecimo ſimpliciũ. Hinc tradit Celſus, angina toto anno non periclitari, ſi quis pullum hirundinis deuorauerit. Cuius etiã meminit Gal.lib.6.ſecundũ locos cap. tertio diſtinctione ſexta.hûc quidam reſpicientes,& efficaciam emplaſtri ex nido hirundinum decocto cum emollientibus in curatione anginæ expendentes,non ſolùm iſthæc medicamenta vi manifeſta,ſed & occulta in ijs affectibus opitulari crediderunt.

derunt. Sentiant hi, vt placuerit, nos non esse audiendum Peredam censemus, arbitrantem, omittendũ esse in curatione anginę hoc emplastrum, quia & si (ait) in eo sit stercus digerens, est tamen terra repellens. Nimirũ Gal. lib. sexto secundũ locos citato, presidium quoddam laudat in angina ex nido siluestrium hirundinum, vt potè strenuè discutiens. Proindé constat, Amatum lusitanum aberrasse, dum centuria prima curatione quadragesima contẽdit, priscos grecos autores huius laudatissimi presidij in curatione anginæ nusquã mentionem feciſſe. At maiori reprehensione dignus est Pereda', quippe qui nullius momenti ratione dicta suffultus, hoc multi vsus in angina remedium damnat, & respuit. Nam terra omnis exsiccans medicamentum est, non tamen omnis insigniter adstringens, vt est lemnia, & armenica. Gal. autore lib. nono simplicium cap. de terrę facultatibus. Ex quo liquet. terrã illam nidorum hirundinũ, ex siccandi & discutiendi facultatem habere, non tamẽ repellendi insigniter, vt is autor sentit: presertim cùm non frigida in emplastris, sed cali-

calida ſemper cum fœlici ſucceſſu adminiſtretur,& diſcutiẽtẽ etiã facultatẽ ex hirũdinib.& ſtercore nanciſcatur.cæterum, quàm falſum ſit aſſerere,nulla eſſe medicamenta tota ſubſtantia partibus affectis opitulãtia,inferiùs appungemus,&ſuperiùs contra Peredã tradidimus.

Cenſura duodecima de præſtantia dextrarum partium,& de dextra pleuritide.

VIdebor fortaſſe operæpretiũ feciſſe ſi īmorat° tãtiſper,exactiori cura,& operoſiori(vt licuerit per noſtrã imbecillitatẽ)ſtudio,d̄ præſtantia dextrarũ partiũ aliqua diſſertauero.Neoterici medicicapite depleuritide ſolent controuerſiã illam diſcutere,à barbaris agitari ſolitam,cuius laterispleuritis ſit periculoſior.Qua in re ſic Pereda in Valleſiũ ſua ſpicula mittit. Valleſius 7.epidẽ.13.ſuſcitat hãc quęſtione,ex cuius verbis hęc omnia colligimus. Primũ,pleuritidẽ tres habere exitus,reſolutionẽ,ſuppurationẽ,&putrefactionẽ.Secũdũ,dextrũ lat° eſſe calidi° ſiniſtro, & pl° ſanguinis cõtinere.Tertiũ,ex d̄xtri lateris maiori calore & robore ſequi in eo maiores & acutiores inflãmationes.Quartũ, in par-

parte ſiniſtra ſæpiùs fieri ſuppurationẽ, in dextra vero ſępiùs reſolutionẽ,& corruptionem. Quintũ,ſuppurationẽ dextri lateris eſſe peiorem,eo quòd pars imbecillitata robuſtior erat,tũ quia maiori cũ periculo vritur,& ſecatur. Hæc omnia(inquit) ſi examinem⁹,inueniemus primũ verũ eſſe, aliaverò omnia eſſe falſa. innituntur enim falſo ſuppoſito,quod eſt,partem dextrã eſſe calidiorẽ,&habere arteriasmaiores: hacten⁹ enĩ nullus anathomicorũ id animaduertit. Immo,ſi arterias ſpectem⁹ ,ſiniſtrũ lat⁹ erit calidi⁹,cũ arteria magna verſùs ipſũ declinare videatur. Si hoc ita eſt, nõ ergo dextrũ lat⁹ erit calidius ſiniſtro,nec pl⁹ sãguinis cõtinebit.& indè ſeq̃tur, nõ eſſe robuſtius,nec in eo plures& maiores fieri inflãmationes,nec plures reſolutiones & corruptiones: nec eritpeior ſuppuratio in dextro quã inſiniſtro,nec ſectio &vſtio ſiniſtri laterisminoris cũ periculo fiet,ſedcũ ęquali,cũ ęquales partes& æquè pręſtãtes vulnerẽt. Proĩdè cęterispartib⁹,æquè periculoſa eſt pleuritis ɗxtri lateris,&ſiniſtricũ ęqualis dignitatis partes occupet. Fortaſſè tamẽ Valleſiũ&alios ɗcepit brachiũ ɗxtrũ vt exiſtimarẽt

rent dextrum latus esse calidius,ac proin-
dè robustius:cùm non sit par ratio,nã bra
chium dextrum plus mouetur quàm sini-
strum,& ideò & calidius & robustius est,
quod lateri dextro non contingit. Hacte-
nus verba Peredę.Immoremur tamẽ(quę
so)hîc tantisper,& fortassè ostendemus a-
pertissimè,quàm nihilo cautiùs & peritiùs
is hac in recitanda calumnia,ac in alijs se
aduersus Vellesium gerat.Principiò Hip-
pocrates lib.tertio de morbis cap.de pleu
ritide ex dorso,palám profitetur,dextram
pleuritidem sinistra vehementiorem esse,
sequentibus verbis:optandum autem es-
set ex sinistra,nam dextras vrere, aut seca-
re lethalius est:quantò enim robustiores
sunt dextræ partes sinistris, tantò etiã for-
tores morbi in ipsis eueniunt. Hæc Hipp.
quòd verò dextrę partes sinistris robustio
res sint,pręter Hipp.Aristoteles etiam est
autor,lib.tertio de partibus animaliũ cap.
nono,& lib.quarto cap.octauo. Id planè
Gal.confirmat,lib.decimoquarto de vsu
partiũ cap.7.Porrò quòd robustarum par
tium morbi sint periculosiores, & maio-
res testatur Gal.lib. secundo de pręsagijs
ex

expulſibus cap.quarto,inquiens:qui habi tu ſunt valente,&admodum diù in morbos non inciderunt,periclitantur, ſi incidant.&c. Conſtat namq.nihil adeò facere ad periculum,quàm præſtantia & nobilitas partis affectæ.Nempe trifariã morbus magnus dicitur,quarto methodi cap. ſexto,ob magnitudine in eſſentia,ob idquod eſt cacoëthes,& ob læſionem partis principis.Cùm itaq.latus dextrum ſit nobilius robuſtius,& calidius(vt mox ex placito Galeni accurratiùs dilucidabimus)cõſtat,fortiores & vehementiores in eo pleuritides fieri,cæteris paribus, quàm in ſiniſtro, vt Hipp.Profitetur.verùm id probare rationibus,& Galeni autoritate operæpretium erit,aduerſus Peredam,& doctiſſimũ Ioannem Brauum ſecundo prognoſt. Com. 59.etiam aſſerentem,latus ſiniſtrũ eſſe calidius dextro.Nimirum,naturalis calor iuxtà Galen.ſententiam,lib.de ſanguinis miſſione,perſeuerantiã ex ſanguine obtinet: ergo vbi maior adeſt ſanguinis abundantia,ibi magis viget calor naturalis. Atquĩ magis abundat ſanguis in latere dextro propter iecur,quod eius officina eſt:latus

igitur dextrum calidius eſt. Pręterea, epilogiſtica ratione, ſi conſideres partes lateris dextri, lōgè calidiores eas inuenies partibus ſiniſtri lateris, ſolo excepto cordis ſiniſtro ventriculo. Iecur ingens ſanè viſcus & calidiſſimum in latere dextro eſt: é regione in latere ſiniſtro lien, frigidi & ſicci ſucci nēpè melancholię receptaculū. Habemus in dextra iecinori alligatum folliculū fellis, calidiſſimi ſucci videlicèt bilis ſedem. Seminariū vas dextrum longè calidius ſemen continet ſiniſtro: hoc enim à latere dextro venæ cauæ, ſiniſtrū à ſiniſtra vena emulgente, quę ſeroſiorem & frigidiorem ſanguinem continet, propagatur. teſticulus item dexter calidior eſt ſiniſtro; proindè ſemen à dextro teſte deciſſum mares à ſiniſtro fœminas procreat, 14. de vſu partium. Quo loci partem etiam vteri dextram calidiorem eſſe diſſertat. Rē dexter calidior, quia ſublimior, & hepati propior. & in ſumma omnia dextra circa naturam plurimam vim habent Hipp. autore, lib. 2. epidemiorum ſect. Sexta textu vigeſimo primo: vndè Ariſt. tertio de partibus animalium quarto, inquit, homini corpau

lovergit ad læuam, vt eius partis refrigera tionem moderetur, & compenſet. Omniũ enim animalium maximè homo refrigeratam habet partem ſiniſtram. Hactenus Ariſt. omnia hæc diſſertiſſimus Galen. perpendens, decimo quarto de vſu partiũ capit. ſeptimo poſt medium, dextra omnia ſimpliciter fortiora & calidiora eſſe cenſet: tum quia puriori ſanguine nutriuntur, tum etiam quia ſecundum ie-coris rectitudinem ſunt locata. Addo ego tertio, ideo quoque in partibus thoracis dextris hoc eſſe verum, quia vehementiùs exercentur in homine partis thoracis dextrę, ob vehementiorem motum aſſiduum brachij dextri. Quæ ſanè tres cauſę maximam vim habent, ad hoc, vt partes thoracis dextræ ſint calidiores & robuſtiores ſiniſtris, non obſtante ſpirituum officina, quę in lęua eſt. Cæterum, quod oportuerit, dextra omnia calidiora eſſe, habitiora, & validiora, lęua vero frigidiora, imbecilliora, gracilioraque, hæc potiſſima cauſa fuit. Nempe, vt in motu altera pars, videlicèt, ſiniſtra ratione temperamenti frigidi magis quieſ- *Problema.*

di magis quieſceret,cui motio inniteretur Altera verò dextra ſuo calore ad motionem excitaretur,& turgeret, vt ex imparitate dicta,motio facilis & ſpontanea prodiret.Sed multo euidentius hæc ratio in homine locum habet. Cùm enim ſit animal ſapientiſsimũ,ad exercendas omnes artes natum,frequentiſsima eget, dextræ partis motione,quieſcente ſiniſtra.Proindè à natura habet illud diſcrimen dextrum latus à ſiniſtrro . Augetur etiam ſummopere exercitio ipſo robur & calor: cum exercitata per vſum dextra euadant magis, quàm ex natura conſtent, firma, robuſtaque & calida. Cętera autem animalia, in quibus viciſſim quieſcunt modò ſiniſtra, modò dextra , non eguerunt tam euidenti imparitate partiũ. Hæc ſi vera ſunt,vt profecto apparent veriſsima,mirum eſt,quod doctiſſimus Ioannes Brauus,olim mihi præceptor non pœnitendus,loco citato ſuperiùs ſcribat,ſiniſtram laterum partem vehementiorem& ampliorem calorem habere,propter ſpiritum officinam.Etenim& ſi verũ ſit,idem in thorace ſolùm,profiteri eruditiſsimum tho-

Thomam Rodericũ à Veiga,lib. 5. de locis ſecundo, quod & non aliud, arbitror, ſenſiſſe Brauum. & quãuis etiàm verũ ſit, ventriculum cordis ſiniſtrum,in quo vitales ſpiritus fiunt,ſiniſtræ parti eſſe cõmiſſum,eandemq.arteriam aortam per dorſum reptantem ad ſiniſtrum latus tantilũ magis vergere:negari tamen non poteſt, cor medium Thoracis locum occupare, & non paulò ad Læuam,vt dixit Ariſt.docente id Galeno,lib.ſexto de vſu partium cap.ſecundo.& arteriam magnã, mox vt ſiniſtrum ventriculum egreditur, ad dorſum dextrorſum contorqueri ;atq.in vtrũque latus propagines magnitudine æquales,&numero pares dimittere:per quas æqua etiam ſpirituum vitalium abundãtia in latus dextrum & ſiniſtrum diſtribuitur. & licèt prædicta ratione, nonnihil caloris magis accedat lateri Thoracis ſiniſtro, aliis tamen dictis rationibus accedentibus fit merito,vt latus dextrũ in thorace quoq. humano calidius euadat ſiniſtro;& ſubindè robuſtius eo ſit,& præſtantius,vt Hipp. Ariſt.Gal.& cuncti alij claſſici teſtati ſunt. Nec verò vnquam eorum opinio admit-

tenda eſt,qui iudicant,robuſtorẽ eſſe dex tram Thoracis partem,vt ab Hipp. eſt tra ditum non tamen eſſe calidiorem. Vndé enim robur parti & præſtantia magis accedet,quàm ex caloris naturalis abundantia,qui omnium operationum autor eſt? hûc Galenus reſpiciens lib.de cimo quarto de vſu partium cap. ſexto,perfectionis cauſam ad caloris naturalis abũdãtiã meritò refert. Tandem, probè cũcta quæ diximus expendẽs Galenus,lib.6. epid.2.44; ad hunc modum contradicentibus reſpõdet. At quia affirmãtibus,dextras omnes partes calidiores eſſe & valentiores propter poſitum hepatis, contradixerunt quidam,obijcientes,cor in ſiniſtris ſitum eſſe dextrum oculum ſiniſtro non magis cernere,crus non magis ambulare, ſanè ſola in manu tale probabile eſſe videtur: ob id pauca aduerſùs ipſos dicentur. Satiùsverò erat,rei huius apparentis cauſam inquiſiuiſſe,& veritatem non tentaſſe præuertere ob cauſę ignorationem. Vos verò didiciſtis,ad dextram quidem vteri partẽ perpurgatum in renibus ſanguinem pertinere,ad ſiniſtram impurum & ſeroſum contem-

templati. Vidiſtis & cor in medio thoracis ſitum eſſe, non in ſiniſtris. Hęc Claudius Gal. quæ quidem ſatiseſſe putarim, ad cõ uellendam contrariam opinionẽ, ob quã ſcimus, plures adhuc celebres medicos in eodem luto hęſitaſſe. Nimirũm, vt allatũ eſt, ratio ſitus arteriæ aortę, & ſiniſtri vẽtriculi cordis, qua ſuam munire poſitionẽ, ſibi perſuadent. duntaxat probat, ſic modè rari quadantenus refrigerationem lateris ſiniſtri, quã omniũ animaliũ maximè homo habet, vt Ariſt. docuit: minimè tamen concludit, ob id latus ſiniſtrum calidius eſſe dextro. Cęterũ, vbi iſthęc, quæ hucuſq. ſedulò in ſtudioſorum gratiam appunximus, quieto pacatoq. animo expendere libuerit, vix recipere poteris reſponſionem ad propoſitam controuerſiam de pleuriti de, qua quidam viri doctiſſimi conciliare ſtudent Hipp. cũ Auicẽna, decima ſen ter tij tract. quarto cap. 1. ita dicentes: dextram pleuritidem ſiniſtra vehementiorem eſſe vt tradit Hipp. quia morbus qui robuſtiorem partem adoritur, maior eſt, quám qui imbecilliorem: ea tamẽ pleuritis quæ partem ſiniſtrã infeſtat, malignior & prauior

Reſpo ſio quo rundã ad qua ſtionẽ de pleu ritide.

ſeri debet,cũ Auicenna allato loco, quã illa quę dextrum obſidet latus: quia vapores putridi in inflãmatione ſiniſtri lateris cor magis petent,ac promptiùs ſiniſtrum ventriculum infeſtent,& ideò intenſiorẽ febrem,&prauiora excitent ſymptomata. verùm tamen,ſiquidem non eſt fas iurare in verba magiſtrorum,cunctis in propatulo eſt,rationem hanc magnitudinem morbi indicare,non malignitatẽ: dicitur nimirũ morbus magnus ex Paſſione partis principis quarto methodi ſexto. Malignus autem dicitur, ex maligna qualitate nobis occulta,quę clandeſtinis inſidijs oppugnat & tandem explicat,exeritq. ſuam malignã vim occultam. Ex eo genere plurimi peſtilẽtes ſunt,vt potè magis conſiſtentes in latente & maligna,quã in intenſa & manifeſta putredine. Nõ ergo ob dictam ratio nẽ ſiniſtra pleuritis cenſenda malignior, aut periculoſior,& nõ vehementior: cùm potiùs ratio illa maioris affectionis cordis magnitudinem arguat morbi, & non malignitatem. Porrò autem,vt huic obiectioni ſatisfaciamus,alia obſtant,propter quæ dextra pleuritis & vehementior,& periculoſior,

losior,& ob id deterior iudicãda. Hoc dixerim,seruata semper tum ex distantia æqua cordis,tum ex alijs paritate. Nempè, effectricis causę magnitudo quę in dextra est,& acuties. Periculosiùs quippe ęgrotãt qui habitu sunt valente,secundo de prędsagijs ex pulsibus quarto. Adde, quòd cum ab arteria aorta seu magna propagines ęquales in latus dextrum & sinistrum propagentur,fit merito,vt non multò plus afficiatur per illas ęquales arterias sinister cordis ventriculus ab inflammatione sinistri lateris, quã ab inflammatione dextri, sed ferè ęqualiter. Hoc autem intelligo (qnod aduersarij parum aduertunt) seruata semper paritate,in distantia æqua à nobiliori parte cordis. Porrò paritatem istã in cõparatione proposita debere seruari, palàm indicat regula comparabilium, primo de alimentorũ facultatibus cap. de tritico tradita, vt quę inter se comparantur, in illis duntaxàt de quibus agitur, mutuò dissideãt,in alijs omnibus conueniant. & licèt ob rectitudinem tantilum magis afficiatur sinister ventriculus cordis,in pleuritide sinistri lateris,quàm in dextra pleuri-

tide æquè ab eodem ventriculo cordis di ſtanti, alia tamen cauſa dicta magis mouit Hipp. vt iudicaret, lib. 3. de morbis, pleuriti dem dextram fortiorem, deteriorem, & a- cutiorem. Quid ergo, inquies, reſpõdendũ Auicẽnę, 13. 3. tract. 4. ca. 1. oppoſitum pro fitenti? dic Auicennam intelligi de pleuri- tide ſiniſtra magis propinqua cordi, quę ob id deterior eſt: ſed ſeruata paritate in æqua diſtãtia à nobiliori parte cordis, dex tra pleuritis eſt acutior & deterior. Hæc profectò nõ ad arbitrium fingimus, vt cõ ciliemus Auicennam cum Hipp. ſed nullã aliam eſſe Auicennæ mentem, eius verba palàm indicant, quæ ita habentur: quæri- tur, quæ deterior pleuritis, an illa quæ eſt in latere ſiniſtro vicina cordi, an quę in dextro. & infrâ in alia tranſlatione ſic mẽ tis ſuę clariſsimam tradidit notam: pro- pinquior lateri ſiniſtro eſt deterior, quia propinquior cordi. Hæc Auicenna. Ex qui bus conſtat, ipſum velle, ſiniſtram deterio rem eſſe, ſi non ſeruetur paritas in æqua di ſtantia à ſiniſtro ventriculo cordis, ſiniſtra enim ſæpè eſt propinquior, & ob id dete- rior. Iterũ obijcies? pleuritis ſiniſtra iuxtà

Aui

Auicennam faciliùs ſuppuratur & diſcuti tur: ergo ſiniſtrum latus eſt calidius. occurrendum eodem modo pro Auicennę defenſione, id ſolùm eſſe verum, de illa pleuritide particulæ thoracis ſiniſtræ, quæ eſt valdè finitima ſiniſtro cordis ventriculo: hæc enim calidior eſt quadam parte dextra. Ingenuè tamen fatendum, totũ latus ſiniſtrũ thoracis frigidius eſſe dextro. Sic ab errore poſſe excuſari principem cenſemus, immò ad iſtum ſenſum ipſemet ſeipſum interpretatur. cęterùm, circà curationem pleuritidis, an expurgatio ſit ex vſu, criminatur Pereda omnes medicos, & ſuũ authorem; ita adijciens: bis peccat autor, primo, in pleuritide turgentiam ſtatuens, cũ in ea humor in vna parte firmatus ſit. Secundò, purgans, ſi enim humor peccãs in thorace continetur, per ſputum eſt educendus, & non purgatione: natura enim vt plurimum per hanc partem eum expellit. Addo vt plurimum, quia aliquando per aluum eum pellere ſolet, ex ſexto aphoriſmorum decimoſexto. Aliquando etiã per vrinam, quod rarò contingit: ac proindè in ijs eam non imitamur. Hæc ille. Conſi-

dera

derā tamen in pleuritide cauſam ānteced-
dentem, vaſorum capacitate contentam
& coniunctam in loco inflammato firma-
tam & conculcatam. Hæc ſanè & ſi malig-
nitatem & naturam quandoq. habeat tur-
gentis materiæ, trudi tamen de loco in lo
cum facilè non poteſt, quia firmata eſt, &
conculcata. At verò antecedentem mate
riam in pleuritide ſępè turgêre, experien
tia oſtendit, in malignis & interdum peſti-
lentibus pleuritidibus, in quibus modò in
hanc, modò in illam partem fluxio malig
ni ſucci concitatur, vno nimirum in loco
diutiùs ob prauitatem illum non ferente
natura. Porrò an in inflammationibus ſu-
pernatum partium, & in pleuritide expur
gationem cerebrare ſit vſui, et quo morbi
tempore, in commentario de phrenitide
agentes diſſertauimus: quam iterū ob Pe-
redę cenſuram ſic paucis perſtringimus.
Quòd initio inflammationum circa hipo
chondria expurgantia totum corpus me-
dicamenta porrigenda non ſint, quarto a-
cutorum contex. Vigeſimo ſecundo ſcrip
tū eſt. quia impacti crudi ſucci in loco af
fecto medicamēto nō cedūt, proīdèſanas
par-

partes medicamẽtũ colliquat, plurimiſq. afficit valetudinarium ſymptomatis, et nihil morbificum educit. Humor quoq. peccans in pleuritide capacitate thoracis continetur, et ob id per ſputum, non autem purgatione educendus. Quæ tamen ſentẽtia è diametro apparet aduerſari ei, quam lib. 2. acutorũ contextu vndecimo Hipp. et Gal. docuerãt, ubi purgationes illas fortes ex peplio et elleboro in principio deſcendentis pleuritidis eſſe vtiles conteſtantur. Dirimit tamen diſertè controuerſiam idẽ Galenus, quarto acutorum commentario. 76. ſic ſcribens: nã vel ſtatim ab initio priuſquàm humores in partem aliquã confirmentur, vacuandum, vel poſteà quã iã firmati ad maturitatẽ deuenerint. Quã obrem non ſolùm prima, ſecunda, et tertia, et quarta die, ſed etiam in quinta medicamenta dedimus, et non ſolùm in quarta quomodo is dixit hæc Gal. perindè ac ſi innueret, in principio horum affectuum ſalutarem expurgationem poſt ſanguinis detractionem eſſe, indicatione ſumpta ab abundantia fluentium ſuccorum, reuulſionis gratia: nempè, vbi plurimi ſucci ſunt

parati

parati decumbere in locum affectum, qui tamen purgatione educi possint, pauci verò adhuc in affecto loco conculcati sunt. Hęc enim expurgatio reuulsoria citra humorum coctionem probè & tutò admini stratur in principio inflāmationū superna rum partium. Sed si (alio modo expendē tes principium) in inflāmationū dictarum principio, iam multa vitiosi succi abundā tia in affecto loco firmata, conculcataque est, impacta videlicét & cruda, exigua verò portio humorū fluit, arcenda tunc tempo ris sunt expurgantia medicamenta, ellecti ua pręsertim, & fortia, vsquequo firmati humores ad maturitatem deueniāt. Quo modo intelligenda venit sententia, libri. 4 acutorum vigesimo secundo. De catharticis autem vniuersum corpus expurgantibus est sermo propositus, nam lenientia, & vias communes duntaxat purgātia, quo cunq. tempore sunt vsui. Quando igitur in pleuritide expurgatio vtilis sit, & non sit, hinc discas licebit, minimi faciens oppositam Peredę opinionē, hac in affectione expurgationem citra rationem damnantis.

Censura decima tertia de Empyemate.

Empy os

Empyos eos maximè appellat Hippocrates, qui thoracis & pulmonis inter medio ſpatio collectum pus habent: vt Galenus ſexto aphor. commē. viceſimo ſeptimo, ſcriptis mandauit. Proindè empyema morbus in via eſt, nempè obſtructio capacitatis thoracis à pure: colliges ex Galeno artis medicę nonageſimo quarto, vbi enumerans particulares obſtructiones, pulmonis & pectoris obſtructionis meminit inquiens: quęcunque verò in pulmone & pectore continētur ſiuè pus aut ſanguis ſit, cum tuſsi quidem educuntur. &c. Pereda autem aliter diffinit, inquiēs: empyema eſt in thorace addita pars toto genere præternaturam, non neceſſaria ad actionē, immò quæ cauſa eſt actionis læſæ. Quæ prætermittenda potiùs, quàm refellenda cenſemus, nènugas confutando, nimis à Galeno coarguamur. Verùm in curatione empyematis docet nos Hipp. lib. de internis affectionibus vbi puris nimia ſit abundantia, quę per expuitiones in quadraginta diebus non videatur expurgari poſſe, vſtionem vſui eſſe, inter tertiam & quartam coſtam:

per

coſtam:per quam ſi pus effluat album, lene,et æquale,et parum fœtidum,euadũt: contrà ſi fiat,morti ferum eſt.lib.2.prog. ſexageſimo tertio.Sed terminus expurgationis,ex Hipp.ſexto Aphoriſm. citato eſt tempus dierum quadraginta. Empyematici (ait)niſi intra dies quadraginta expurgentur,in phthiſin fit mali tranſlatio.Oſtẽdit tamen experientia, nihil ita perpetuũ ex aphoriſticis ſententijs artem admittere quòd non interim deficiat,et labatur. Cuius gratia placuit,hîc admirandam et rarã empyematis curationem referre.Plauſtrarius quidam excellentiſſimi principis mei Ducis Machedę,valida pleuritide fuit affectus Madriti:ex qua euadere non potuit, quin ſuppuratio fieret.Dirupto tãdem abſceſſu,cæpit expuere pus plurimum,fœtidum,et ſubuiride.Aſſiduè febricitabat,et diarrhæa multis diebus affectus fuit.Cùm autem expuitio purulenta iam tranſcenderet Hipp.terminum perſeuerante eadem affectione, et extrema macie, meritò inter tabidos deploratos numerandus erat.Sed nunquàm deſtiti à curatione, quã hìc ſub epilogo refero.diarrhęam primò

idoneis

ídoneis medicamẽtis extirpare ſedulò curauim⁹, quod in hac affectione eſſe ſoleat infeſtiſſimũ & pernitiale Symptoma. Iam non fluente aluo, lac humanum ſingulis auroris recenter mulctum ebibebat, & interdiù ſępè cochleari eclegma paulatim ſumebat, ex ſyrupo de glycirrhyza, pulmone pulmonis vulpis pręparati, & bolo armenia: quo vſus ad centenſimum & vigeſimum diem, perſeuerante purulẽta excreatione & febre vſque ad centeſimũ & quadrageſimum, tandem pręter omnium ſpẽ euaſit, & adhuc valet tauricè. Eſt illi nomẽ carcamo, qui ſemper pleniori victu & vino vſus eſt. Sed circa puris generationem hîc problema obijcitur illuſtrandũ, à quo probatiſſimi etiam vix & ęgrè ſe extricare poſſunt. Quî fiat, vt pus ab alijs quàm àſeminarijs partibus confici non poſſit, cùm cõſtet, car noſas partes, vt potè calidiores, validiores facultates habere coctrices & aſſimilatrices, (vt ſcribit Gal. 3. de cauſis ſymptomatũ cap. 3.) à quibus pus confici ſolet? Sic propoſito problemati reſpondẽdũ cenſemus. Materia quę in pus tranſitura eſt, craſſa quidẽ eſt, & veluti cineritium

quoddã humoris putridi, quod per inflam mationes reſolui non potuit, teſte Gal. ſe cundo aphoriſm. 47. et tertio de prę ſagijs ex pul ſibus ſexto. Quia igitur craſſior eſt materię pars, ſanè fit, vt ſolùm partes illę quę craſſiori nutriuntur alimento, quales ſeminarię ſunt, nitantur illam ſibi et appo nere, et aſſimilare. Id verò non faciunt car noſæ partes, vt potè quæ tenuiori ſangui ne nutriuntur. Vnumquodq. enim mem brũ ſuccum ſubſtantiæ ſuæ quã ſimilimũ ſibi trahit, alterat, et aſſimilat, Gal. teſte li. ſexto de placitis cap. 15. et quia, verum eſſe non poteſt partium ſolidarum alimentũ, cùm ſit putrida materia, ſaltẽ ab ipſis (qui bus magis apponitur) albicantem colorẽ ſuſcipit. Releganda verò hic eſt ſententia judicantiũ, ſeminarias partes innato tem peramento eſſe calidas, quòd fiant ex ſe mine quod eſt calidius ſanguine, ex Gal. primo de ſanitate tuenda in principio. Ni mirũ, hoc refellit Gal. lib. 2. de temperamẽ tis cap. octauo dicens, omne exangue fri gidius eſſe ſanguine prædito. In longa e nim elaboratione amittitur pars calida, et manet craſſa frigida. Sic oſſa frigida et

ſicca

ſicca nutriuntur medulla calidiori et humidiori.

Cenſura quartadecima de palpitatione cordis.

PAlpitatio cordis dilatatio eiº eſt,& compreſſio prętern aturam,ſenſi biliter ægrotanti moleſta,ob motus vehementiam. Hunc motum non fieri à facultate,profitetur Pereda,quia pulſus diceretur,ſed à flatuoſo ſpiritu quærente exitum,ex Gal.ſecundo de cauſis ſymptomatum cap.2.proindè ſubdit:neſcio,quid in mentem venerit autori,&alijs practicis diſtinguentibus,an fiat palpitatio cordis à cauſa calida,an a frigida:quia ſiuè loquãtur de cauſa efficienti,ſiue materiali, ſemper eſt frigida.Hęc ille. Aduertere tamen is autor debuerat,palpitationem cordis apud claſsicos autores ſæpè non deſignare verã palpitationem,(quæ motus eſt toto genere prętern aturam,nullo pacto à natura factus,ſed ſolũ à flatuoſo ſpiritu quærẽte exitum;de qua Gal. ſecundo de cauſis ſymptomatum,& lib.de rigore agit.) quinimò frequenter apud eos palpitationẽ cordis vſurpari pro vehementi motu ſeu pulſu cordis,ſenſibiliter moleſto ęgrotanti.

ti. Rem ita ſe habere, alibi probatum eſt à nobis, huncq. motũ à facultate fieri iuxtà Gal. ſententiàm Pauli, Hipp. & Auicennę. quod ob Peredam ſic iterum paucis perſtringimus. Quarto de differentijs pulſuũ cap. vndecimo, ſic ſcribit Gal. palpitationis ſecundum præcordia meminit Hipp. & hãc etiam par eſt appellari pulſum, quã habent nonnulli deliri, eſt autem craſſę arterię dorſi motus. Et vbi Gal. ex Hipp. palpitationis nomen vſurpat pro pulſu vehementi & ſenſibili arteriæ aortæ. Idem profitetur primo prog. cõm. 32 & primo epid. ſectione tertia in hyſtoria ſyleni. Sexto de placitis Hipp. & Platonis primo: motº cordis qui in pulſibus eſt, eſt operatio, qui in palpationibus eſt, affectio: ex corde quidẽ eſt etiã, quæ ex palpitatione fit motio, non tamen ſecundũ naturã: ex eodem eſt pulſuũ agitatio, ſed ſecundum naturam. Hęc Gal. quibus perſpicuè docet, palpitationẽ cordis ex corde eſſe, id eſt ex facultate pulſifica cordis, ſicuti pulſuũ agitatio ex corde etiã eſt. Sed hæc ſecũdum naturam illa verò non: quia licèt ſit ex corde, fit tamen cogente prętermaturali cauſa. Quamobrẽ

paulo

paulo inferiùs palpitationē cordis Gal. appellat affectionem in ſecundo ſignificato, ſicuti etiam pulſum, pluſquàm naturali conſtitutioni conueniat, magnū, paruū, celerem, aut crebrum. Quatenûs (inquit) à facultate fit dici operatio poteſt, & quatenùs fit cogente præternaturali cauſa, affectio dicetur in ſecūda ſignificatione ſumpto vocabulo. Talis proculdubio eſt palpitatio cordis de qua Gal. ſic quinto de locis ſecundo: eſt alius affectus, palpitatio videlicèt cordis, aut per ſe eueniens, aut cū ſuſpitione quadā quod in humore cor ipſum moueatur. Non enim mirū videri debet, tantam humoris quātitatem cumulari aliquādo in ambiēte cor tunica, vt ipſum ne attollatur, impedire poſsit. Perindè ac inſinuare velit Gal. hanc cauſam palpitationem cordis producere, non ob flatum, (vt Donarus Antonius & eum ſecutus Pereda ſibi perſuadent,) ſed quia nimia ſeri abundantia capacitate pericardij contenta cordis dilatationē impedit; vndè cor ipſum ad noxæ propulſationē inſurgit, crebris & vehementibus motionibus, verę palpitationi ſimilibus. Paulus lib. 3. cap. 34. valen

tes cordis palpitationes ſæpè ex ſanguinis concepti copia & feruore cõtrahi, ſcribit. Auicẽna & Razes idem profitẽtur. Ex quibus in propatulo manet, palpitationẽ cordis apud claſſicos autores ſęp è non deſignare verã palpitationem, ſed pro nonvera vſurpari. Quod non aduertẽs Pereda, alios ſecutus, nõ veretur carpere probatos autores, modo quo dictum eſt veriſſima ſentientes, dum profitentur, ab abſceſſu in pericardio, ab abundantia ferosi humoris in capacitate pericardij citra flatuoſum ſpiritum, ex ſanguinis feruore, ab atrabile cor infeſtãte, & alijs varijs cauſis cordis palpitationẽ hominem inuadere: atq. adeò pro varietate cauſæ, curationem palpitationis cordis ſubindè variare. Minimè igitur omnis palpitatio cordis perpetuò medicamẽtis excalfaciẽtibus curãda eſt, vt Donatus Antonius iudicat: ſiquidẽ interdum ex feruore humorum contrahitur, vt ſcribit Paulus. Quã Rezes lib. 9. ad Almonſorẽ cap. de ſyncope & tremore cordis, ex febris vehementia & pulſus celeritate nos docet cognoſcere, frigidiſq. pręſidijs curare. An verò palpitatio hęc cordis, de qua agimus

ſit

ſit motus facultatis naturalis expellẽtis, an pulſificę, nũ vtriuſq. alibi diſſertabimus latius. Holerius in ſua praxi expultricis naturalis eſſe iudicat motũ, alij aliter ſentiunt, nos vtrãq. facultatem inſurgere ad expellendum quod infeſtat, vehementi illo motu palpitationis cordis, probabiliter ex Galeni decretis arbitramur.

Cenſura decima quinta de affectibus ventriculi.

AN mela ncholia naturaliter conflua t in v entriculũ ad excitãdam famem animalem, vt ſenſit Auicenna, plurimi dubitant, ſiquidem Gal. 5. de vſu partiũ cap. 4. aliud illã melancholiã præſtare affirmat. Nẽpè, ventriculum contrahit in ſeipſum, ita vt meliùs amplectatur & retineat cibos, quouſq. fuerint percocti: nec verò alterius vſus ibi meminerit. Quę fortè perpendens Pereda cap. de appetentia immodica, ſic inſurgit: indè colliges errorẽ Valleſij, Valleriolæ & aliorum ſentientium, melãcholiam ex liene in ventriculũ expurgari, vt excitaret famẽ. Hęc enim nõ erit ſecundũ naturam, cùm à partiũ ſuctione non fiat. Imò erit canina, cũ 1. ſẽ primi doct. 4. ca. 1.

melancholia perpetuò in illis partibus cõ tenta ſenſum ſuctionis faceret. hæc ille. Ex pendere tamen licuerat, naturalem illã ap petentiam, quę fit ſuctione partiũ, natura li hoc machinamento melancholię iuua ri, prouocari, & intendi: idq. non aliter, niſi quia melancholia cogẽdo, cõſtringedoq, ventriculum vacuat. Dum autem ita va cuat, ſuctioni ſimilem ſenſum inducit, vt profitetur Gal. primo de cauſis ſyptoma tum ſeptimo. Sed hoc machinata fuit na tura ſagax, quia ſenſus indigentiæ & apeti tus animalis vẽtriculi totius corporis vſui ſummoperè neceſſarius eſt. Etenim om nes corporis partes è ventre alimentum trahunt, ipſum verò ventriculũ vi eiuſdẽ appetẽtię, & veluti ſigno, extrĩ ſecus imple ri neceſſum erat. Proindè rectè inſtituit natura prouida, vt ſuccus ille melancho licus quodam modo ſuctionem illam naturalẽ iuuaret, ventriculũ vacuando, & tandem appetentiã animalem intenderet, vt Auicẽna monuit prima fen primi doct, 4. cap. 1. Atqui quod arsſalſamentis, probè natura ipſa melãcholię illitione parat. Cũ ergo ſuccus melancholicus in ventriculo

vſum

vſum hunc præter alios præſtet, quiſnam, ſepoſita arrogantia, aſſerere audebit, illũ vſum vt ſuper vacaneũ eſſe omiſſum. Obtrudit Pereda, hęc appetentia non erit ſecundum naturã, cũ à partium ſuctione nõ fit. Occurrendum, eſſe ſecũdum naturam, quia eſt intenta à natura. Ita vt ſimul cum ſuctione naturali aliarum partiũ, hęc cauſa ſimiliter naturalis, ob allatã rationẽ, animalem appetentiã irriter, & augeat. Obijcit ſecundo, ſi ita eſſet, perpetua & canina appetentia eſſet in ventriculo, ſiquidẽ melancholia perpetuò ad eum confluit. Sequelã negamus, nã non ſemper melãcholia ſecundũ naturam ibi miſſa appetentiã facit, ſed duntaxàt, vbi conſtringendo, vt dictum eſt, ventriculum vacuat quadantenus. Nõ valet autem hoc efficere, quando ventriculus retinet & concoquit alimentum: poteſt uerò id præſtare, quando retentrix non eſt occupata in retentione alimẽti: & ſimul iuuatur ſuctione partium adiacẽtium, nempe iecoris, & meſeraicarum: vndè deffectu alimenti in ore ventriculi, protinùs inſurgit eiuſdem animalis appetentia, hoc eſt, fames. Quòd ſi non modi-

ca quantitas huius ſucci,ad ventriculũ cõ fluat ſed plurima& immodica,vt in prẹter naturali ſtatu,ſanè excitabitur tũc tẽporis canina & perpetua appetentia, facto perpetuo ſuctu in ore ventriculi, labefactatis cæteris eius facultatibus. In naturali ſtatu id non contingit,quia moderata eſt melãcholia quæ confluit,& proindé non eſt potens facere ſenſumſuctionis in hoſtio ventriculi, niſi vbi iuuatur naturali ſuctione ab alijs partibusproducta.Plura de hac re ex neotericis probatiſſimis delibare poteris,quę quiaveriſſima,non eſt,quod aduerſarij rationes quempiam moueant. Cæterum, de affectu cholera dicto,quæ ventris eſt perturbatio ſuprà & infrà erumpens, non ſunt prorſus ſilentio committendæ aliquæ Peredę calumniæ,in Valleſium.Non video,inquit qua ratione adductus Valleſius quinto epidemiorum comm.decimo hoc Symptoma etiam ad retentricem ventriculi referat, cũ fiat ab irritatione,&veteres in choleræ deffinitione ſolius excretricis facultatis meminerint.Hæc ille.Quẽ protinùs Gal.monitiones cõercere poterant,quæ tertio de cauſis

ſym

ſymptomatum capite primo propèfinem ita habentur: Porrò ad immodicum motum excretoria vis excitatur, (ſicut priùs eſt dictum) quotiès retẽtiua vis vel ex multitudine recremẽtorum, acrimoriàue, vel ex propria imbecillitate laborat: hoc enim caſu neceſſè eſt, excernatur cũ ſuperfluo bonum, veluti in lienterijs, dyſenterijs, & choleris. Hæc Galenus antè tot ſæcula, ad retundendam non ſolam hanc calumniam; verùm etiam & ſequentem quæ ita habet: ex quibus videat Valleſius, qua ratione poſſet fieri cholera ex redũdantia immodica, vt ipſe ſcribit. Expẽdere debuerat Pereda, profiteri Galenum citatis verbis, in choleris excerni cum ſuperuacaneo bonum, ad immodicum motum expultrice vi excitata, quia ſimul retentiua facultas laborat, vel ex multitudine recrementorum, vel ex acrimonia, vel ex propria imbecillitate. Vt hinc liquidum euadat, ex immodica redundantia cuiuſque ſucci, aut recrementi, choleram excitari poſſe, ſicuti etiã à praua qualitate cuiuſque humoris. Inſurgit nimirũ expultrix facultas ad expellendum, quando pro-

do proritatur aut quantitate grauãte, aut qualitate feriente, ſecundo de differentia febrium vltimo. Proindè omninò falſa eſt Peredę ſententia, eodem ſcholio iudicantis, choleram morbũ ſemper fieri ab vna cauſa, nẽpè à fluxione bilioſi & acris humoris à toto corpore ad ventrem. Id confirmat primò ex nomine, nam ideò hic affectus cholera dicitur, quia in eo cholera id eſt, bilis euacuatur. Secũdo quia Gal. 3. de naturalibus facult. 13, in choleris totum corpus euacuari, ſcribit, per venas Quę ad inteſtina & ventrem pertinent. Tertiò, ex imbecillitate quę in choleris in toto corpore ſentitur, quę non ſequetur, ad ſolam humoris corrupti ex ventriculo vacuationem. Quòd ſi aliquando corruptum cibũ cholerę cauſam ſtatuit Gal. intelligendus eſt, illum irritando id efficere, ex eodem Gal. 4. acutorũ. 103. hę ſunt illius rationes, quas vt potè exigui momenti, breui ſic diluues. Nimirũ, argumẽtũ ab etymologia, & citatę autoritates Gal. probant, ſæpè à bile ſeu mordicante materia hũc affectũ excitari, non tamen ſemper. Sed & etymologiã illam non probat Trallianus, lib. 7. cap. 16.

aiens:

aiens: ne autem quis affectũ hũc ideò cholerã vocari putet, quòd omnino à bile fieri cõsueuerit, sed quia materia quę per vẽtrẽ effertur, ex inteſtinis videtur excerni: inteſtina verò πολαδας veteres appellant. Hęc Trallian. tandem ſequitur interdũ ex ex euacuatione humoris aut cibi corrupti ex ſolo ventriculo magna imbecillitas, propterea quod in euacuatione talis ſucci licèt à toto corpore eo non confluat, ſæpè grauia excitantur ſymptomata vires conuellentia, nẽpe, oris ventriculi morſus, cardialgia gręcis dictus, & interdũ ſyncope. Sed & in curatione huius affectus petulanti licentia non veretur ſuum autorem carpere, ita adijciens: ſi natura ita diminutè irritantem humorem expellat, vt ex eius copia anxietas & extremorũ frigiditas ſequantur, tũc eũ medicamento educemus: qua in parte errat Autor, & cũ eo Valleſi⁹, purgantes humorẽ, & ſimul abſtringentibus corroborantes ventrem. Cũ ſolũ intẽdamus, illũ tam moleſtũ educere humorẽ poſt cuius purgationem, ſi vacuatio remittat, oportunè roborantibus vtemur. &c. Qua in re cernimus illũ, ſui ipſius oblitũ, quip-

quippe qui ſequenti de diarrhæa ſcholio ita addit: purgabimus bilē ea ratione qua purgat autor, vbi aduerte, nos parùm torrefacere mirobalanos, & rhabarbarum, vt minuatur in eis vis purgans, & augeatur corroborans: vt ea ventriculus roboratus nō ita facilè recipiat humorem. &c. Si ergo medicamenta purgātia ſimul & firmātia ventriculum & inteſtina, in hoc affectu ſunt vſui, cur carpis autorē, & Valleſium iuxtà medica decreta, expurgantia medicamenta cum adſtringentibus modicè & firmātibus ventriculum prudenter miſceri iubentes? operæpretium nēpè eſt in hac affectione, né ab expurgantibus labefactetur ventriculus, & item nè nimis profuſa fiat expurgatio, quæ proculdubio fiet leui irritamēto, cum magno malo ęgrotantis, niſi firmantibus & moderatè adſtringentibus expurgantia medicamenta miſta offerantur. Qua ductus ratione Hipp. vel quiſquis ille fuerit, quinto epid. contex. 10. in cholera methodicè medicamētū purgās porrigit cū ſucco lentiū bis coctarū. Trallianus identidē lib. 7. cap. 16. cū hydroroſato expurgātia comiſta hoc caſu propinat.

Cen-

SYmptomatica Diarrhœa quę fit in morborũ principijs, hoc eſt, toto cruditatis tẽpore, vel quælibet aliavacuatio eo tẽpore facta, ſemper quidẽ mala eſt, vt ſignum: etenim indicat nimiã abundantiam aut prauã ſuccorũ qualitatem naturã irritãtẽ, vt moueat inuerſo ordine. Cæterũ, vt cauſa, ſępiſſimé etiã mala eſt, & rarò bona. Nẽpé mala, quia nimis imbecillitatur natura ex euacuatione nocui ſucci cũ innocuo, & ob id nec cõfert, nec fertur: bona verò cauſa aliquando eſſe ſolet, cũ adeò fortis eſt natura, vt maius ſit emolumentũ, quod ſequitur ex aliqua euacuatione cauſæ morbificę, quã incommodum ex nõnulla viriũ iactura. Sic ſanè in principio pleuritidis diarrhœã aliquando prodeſſe, nõ ſolũ reuulſionis ſed vacuationis gratia, experientia firmat, & Gal. docuit ſexto aphoriſmorũ decimo ſexto, ſic ſcribens: moderatæ tamẽ pleuritidi & peripneumoniæ ſupueniẽs alui ſolutio poteſt aliquãdo prodeſſe vacuationis gratia: multoq. magis poſtquã coctionis ſigna apparuerĩtĩ morbis, nec timor adſt, ſed piculo vacat. &c.

An vacuationes ſymptomaticæ, ſẽper ſint malæ.

apertè ijs docens,in principio pleuritidis diarrhęam prodeſſe poſſe, ſed multo magis eo cocto. Sic profecto nulla ſubeſt cõ trouerſia,apud eundem Gal.lib.4.aphoriſ morũ viceſimoſecundo,vbi tales euacuationes ſymptomaticas,vt potè malas,omnino damnat,& exitioſa eſſe ſymptomata affirmat,ita vt(inquit)impoſſibile ſit, crudo morbo exiſtente,aliquid benè vacuari. etenim mala ſemper &omnino ſunt ſigna non tamen ſemper ſunt malę cauſę. Vel aliter,impoſſibilitas illa medica eſt,quę raro fallit,non perpetua& omnino conſtãs. Qualis quoq.illa eſt,lib.2,aphor. apoplexiam fortẽ impoſſibile eſt curare &c. Sic ſanè Methon fuit liberatus per ſudores & ſanguinis pro fluuia citra vrinarum coctionem:primo epidemiorum ſect.tertia vigeſimoquarto.& quidam alius iuuenis euaſit identidem hæmorrhagia in morbo crudo:lib.de prænotione cap.13. Proindè arcendus eſt error Peredæ in ſcholio de diarrhæa,ita ſcribentis:ſymptomatica verò diarrhęa,velit nolit Valleſius,ſemper eſt mala,quia cũ vtilis humor cum inutili vacuetur,fit cũ incõmodo animalis.&c. Quod

ſanè

ſanè perpetuum non eſſe, iam abundè probatum eſt. De eijs quoq; ſymptomaticis vacuationibus, ritè prodidit diuinus Hipp. ſecũdo epidemiorũ in principio, decretoria quę non iudicãt partim difficulter iudicãt, partim lethalia ſunt. Nã ſi aliqua difficulter iudicãt, luce clarius conſtat, aliquo modo ea iuuare. Porrò oſtẽdit diſertè Galenus, tertio prorrheticorũ trigeſimoquinto, quando vacuationes iſtę non iudicãtes ſolutu difficiles morbos indicẽt, & quãdo ſint letales. Quæ (inquit) ex iudicatorijs nihil iuuãt, ſolutu difficiles faciunt morbos, quę verò etiam in contraria repunt, hoc eſt, quę valdè nocent, ſunt letales. & ſi ad certitudinẽ preſagij ſemper cũ ijs alia ſigna ſint expendenda, loco citato Gal. teſte & tertio prog. 39. & tertio epidemiorum. nam ſi alia ſigna letalia appareant, mortẽ pronunciant: ſi lõgi morbi indicia adſint, id ipſum indicant. ve rùm enim verò è cõtra coctiones celeritatem portẽdũt iudicij & ſecurã ſanitatem, primo epidemiorum ſect. ſecunda quadrageſimo quarto. Interpretãdũ tamen hoc pronuntiatũ, veritatis eſſe perpetuæ, ſi obſeruentur ſequẽtes cõditiones

Coctiones ſecuram indicant ſanitatem, aliquibus conditionibus.

ditiones. Prima, ſi coctionẽ ſequatur vacuatio humoris peccantis: 2. prognoſticorum ſexageſimo ſeptimo. & Razes decimo continentis primo. Secunda, ſi vniuerſalis ſit coctio, & non particularis. Primo epidemiorum ſect. ſecunda. 84. tertia, ſi ſit cõtinua & nõ interciſa coctio. 2, progn. 26. quarta, ſi morbus ſit materialis, & nõ ſit peſtilẽs, nã in ijs & ſi materiales ſint, coctio nõ eſt fidũ ſignũ ad ſalutem: quia magis hi cõſiſtũt in maligna & latẽte, quã in intenſa & manifeſta putredine. vndè illud Auicẽnæ, prima. 4. tract. 4. cap. 2. & ſecunda. 4. cap. 8. pulſus bonus & vrina bona, & æger tẽdit ad mortẽ. Quinta, ſi morbus ſit generis venoſi, indicia coctionis ſunt perpendẽda ex vrinis: in morbis verò aliarũ partiũ coctionis ſigna ex vrinis nõ ſufficiũt ad ſalutẽ: vt in affectib⁹ capitis, thoracis, vẽtris & neruorũ. Tertio epid. ſect. 2. inhiſt. mulieris apud Thiſamenũ. inquires, quî fieri poteſt, vt ſola coctio cõtinua & nõ interciſa, nõ ſufficiat ad ſalutẽ, cũ nec animo cõcipi poteſt, vt poſt morbi exquiſitã coctionem criſis nõ bona ſequatur, 3. criſeõ 5. in principio? occurrẽdũ, neceſſitate medica hoc

Problema.

Gal.

Gal. recipiendũ eſſe, quę euentũ ſignificat frequentiſſimum, quiq. rarò fallat, nõ perpetuum & omninò conſtantem. Quippè interdũ fit, vt exquiſita coctione præcedẽte, criſis non bona ſequatur, & quandoq. mors. Sic in morbis thoracis in quibus animalis facultas expellit per ſputũ, neceſſe eſt, non ſolũm materiam ſatis eſſe concoctã, ſed & excreationẽ ſatis excerni, per affectionem quę in ſanitatem itura eſt. Secũdo prog. citato. Nempè, imbecillitatur animalis facultas facilius, vt quæ indigeat copioſiori ſpiritu, cæteris naturalibus facultatibus illæſis permanentibus. Secũdo aphoriſmorũ. 29. ſed & in alijs affectionibus in quibus nocui expulſio fit à naturali facultate, cõtinua & nõ interciſa coctio nõ ſem per ſufficit ad ſalutẽ, niſi ſequatur nociua cuatio. Nã cũ vario tẽperamẽto vtãtur coctrix & expultrix, fit, vt robuſta coctrice, expultrix eſſe poſſit ībecillis. Adde quòd paritate ſeruata, maiori robore ſit opus ad expellendũ, quã ad cõcoquẽdũ: proinde ſufficit interdũ natura ad cõcoquendũ, & nõ ad expellendũ. Qua ratione Gal. ductus, tertio de cauſis ſyptomatum cap. tertio, ex

pulſionem functionem actiuã appellat, vt quę fiat motu locali, coctionem autem mi nimè. Quaſi annuat, cæteris partibus, magis laborare naturã, dũ nocua excernit, & propulſat, quã dũ concoquit. Sic Auicennas ſuppuratam & concoctam inflãmationem poſſe corrũpere, & corrũpi, propter dilationẽ ruptionis & expurgationis, ritè tradidit, tertia quarti ca. 29. ſic diuus Hipp. tertio prog. textu 14. in inflãmatone inter na aurisſi (inquit) pus albũ ex aure defluat ſpes habetur de ſalute iuuenis. Quaſi annuat, non ſolũ ſuppurari & concoqui inflãmationem, ſatis eſſe ad ſalutem: ſed pus album effluere. Eodem etiã cõtextu, in ſenioribus ſuppurationẽ præuenire mortẽ teſtatus eſt. Nã per vaſa facilior expurgatio eſt, ad cutem verò ab arte iuuatur: quorũ vtroq. cũ internæ inflammationes deſtituantur, fit, vt licèt coctæ perimere poſſint vt in angina ſuppurata aliquandò accidit. Hæc obiter diarrhæa ſymptomatica coëgit noſcriptis mãdare. Porrò diarrhęę nomẽ cõmune eſt, alui profluuiũ á quocũq. humore ortum, deſignans, ſiuè bilis ſit, aut melancholię, aut pituitæ craſſæ, aut ſal

ſę.

ſę. Circa quam operæprecium eſt, refellere calũniã Lupei in Gal. quippe qui lib. de placitis Gal. fol. 76. poſteris tradidit. Gal. ſententiam de pituita ſalſa, lib. 6. aphoriſmorum trigeſimo tertio, videri in cõſideratè prolatã. Nimirũ tradit inibi Gal. à pituita acida in ventre contenta rarò excitari pleuritidem, quia membrana ſuccingẽs tenues & bilioſos potiùs admittit, quàm craſſos & glutinoſos ſuccos: rarò etiam à pituita ſalſa in ventre contenta pleuritidẽ fieri, quia protinùs mordet inteſtina, & ad dejectionem ſtimulat. De hac ſalſa pituita duntaxat Gal. loqui, nõ autem de ea quæ capacitate vaſorũ continetur, planè Gal. verba oſtendunt, quæ ita habẽtur: ob hãc igitur cauſam qui natura abundant pituita, rarò pleuritide laborãt, præſertim ſi ſalſitudinẽ aliquam & acrimoniam acquiſierit, talis enim pituita mordens inteſtina ad deiectionẽ ſtimulat, & ideò vacuatur. &c. quæ indicant, ſolùm de pituita ſalſa in ventre cõtẽta, Gal. inibi verba facere. Pro indè non eſt audiendus Lupeius, cenſens, hanc de pituita ſalſa ſententiam à Gal. eſſe in conſideratè traditam: dum prodidit

rarò salsam pituitam, quę in ventre est, excitare pleuritidem, quia protinùs per inferna excernitur, & ad deijciẽdum irritat intestina. Quod sanè Hipp. testimonio, lib. de aëre aqua & locis, à pleuritide preseruat, vt Gal. eodem commentario refert.

Censura decima septima de dysenteria.

OPtimum sanè esset, annuẽte Gal. lib. contra Iulianum in principio vt quemadmodũ legislatores eadẽ pœna afficiunt eos, qui falsò accusant qua illi quos accusarũt essent plectendi, si damnati forent: ita quoque illi qui ijs cõtradicere audent, quę nusquàm didicerũt meritam pœnam penderent. At cùm nulla de ijs qui falsò criminantur, sit lata lex, non iure sed iniuria tentant quiq. contrà classicos autores citra fundamentũ vllũ dicere, & scribere. Ità profectò nescio quo genio ductus Petrus Paul⁹ Pereda, cap. de dysenteria, euidentibus assertionibus reluctari non veretur, dummodo in multorũ odium rapiat Vallesiũ. Dysenteriam (ait) á frigiditate etiã posse fieri, scribit Vallesi⁹ adduct⁹ ex Hipp. 2. epidemiorum sectione tertia textu quarto, vbi frigiditatem vlcerare.

cerare sentit. Debuit tamē considerasse, ex placiti adsurditate illum librum non esse Hipp. aut debuit legere vnà cū Petro Este ue, in doctissimis in eum librum commē-tarijs, non, vt frigus exulceraret, sed, vt frigus attraheret. Errat etiā hac in parte Val lesius, existimans, Hipp. agere in prædicta sententia de dysenteria, cū de diarrhœa loquatur. Hactenꝰ Peredę calūnia in Val lesiū. Qua nō aqquiescēs, protinús aliter criminatur, ita addēs: qua in parte mirādū est, Vallesiū 2. epid. 6. cō. 27. tātū purgare in maligna dysenteria, quę non potuit extergentibus & adstringētibꝰ curari. Si enī sit dysenteria ex bile acri, qua ratione adstringes, nō vacuata causa? tū, cū adstringē tibꝰ vteris, aut perseuerat fluxio, aut non: si perseuerat, augetur vlcus; sinō perseuerat, nōne humor ille sua acrimonia irritās, de tētꝰ, nouissimi mali, & peioris fortè erit occasio? si ergo causę augētis affectū ratio est habēda, in qualibet euacuare oportet. Hucusq. ille. Qua in re, vt mox palā fiet, finxit hostē, quē feriret, nō īuenit. Prīcipio frigꝰ repellit, & vlceris varijsd causis occasio est, invasis quidē, docēte Hipp. 5. aph. 24. quia

ipſis à frigore nimis adſtrictis, diſtendi à re pletione non poſſunt, quin facilé rūpātur. Atqui quòd dyſenteriæ frigus ſit occaſio perſpicuum eſſe videtur. Nimirùm repellit tenues & acres humores ad viſcera interna & ventrem. Eſt quoque occaſio frigus, vt plurima recrementa pituitoſa viſcida in ventre aggerentur, quę inteſtinis diù adhærentia malignā ſeu prauam nanciſcūtur qualitatem, & aſſiduam egerendi cupiditatē excitant, ſubindèque vlcus in inteſtinis, hoc eſt, dyſenteriam. Lubens, omitto alias rationes, ob quas frigus occaſio eſſe poterit vlceris inteſtinorum: quæ quia ſunt conſpicuæ, neſcio quid in mētem venerit huic autori, vt ex placiti abſurditate iudicet, legendum eſſe apud Hipp. non, vt exulceraret quidē frigus, ſed vt attraheret atque ob id inibi Hipp. non agere de dyſenteria, ſed de diarrhæa. Verba Hipp. Hæc ſunt: atqui per multa erant, quę quibuſdā ibant, quod quis in frigore iaceret proſtatus, vt exulceraret quidē frigus, &c. ex quibus liquet, de dyſenteria occaſione frigoris orta, quę in illa anni conſtitutione plurimos prehenderat, Hippocratem ibi mētionem

tionem facere. Sed cõpendioſè, ex more, oſtendere conabor, Valleſium non profiteri, quod Pereda in ſecunda calũnia ſibi perſuadet. Secũdo epidemiorum ſect. ſexta. 27. ſic ſcribit Valleſi°: proindè ſi expurgandũ in dyſenteria eſt, præpropere faciẽdum, quia vbi multũ proceſſerit malũ, fruſtrà ſuſcipietur. Nec tamẽ hoc curationis genere in omni dyſenteria vtendum, temeritatis enim aliquid habet, excrementa omnia eò vocare, quò cùm magno hominis malo ſponte fluũt: ſed tunc ſolũ cũ maligna dyſenteria imminet, adeò vt non videatur medico, medicorisalia curatio quę detergẽtibus & adſtringentibus agitur, poſſe eſſe ſatis. Hęc Valleſius. Quibus palàm fit, ipſum nõ profiteri (vt ſomniaſſe viſus eſt Pereda) in magna dyſenteria poſcente expurgationem, priùs eſſe vtẽdũ adſtringentibus, deindé ſi non ſuffecerint, purgãdũ eſſe: ſed cùm claſsicis autoribus ſuadet, vbi, ob magnitudinẽ affectus & ampliorẽ cacochimiam, medico viſum fuerit, medicamenta detergentia & adſtringentia non poſſe ſufficere ad curationem, prępropere eſſe expurgandum primò, deindé ijs vten-

dū. Monuit id diſertè Trallianus lib. octauo cap. Nono, & Auicennas decima ſexta tertij tract. ſecundo cap. tertio. Nihiloſeciꝰ aduertere oportet, nè in omni dyſenteria purgatione vtamur, nā vbi ſponte cachochimia à natura ſufficienter expurgatur, medicamento opus non eſt, ex Hipp. & Galeni decreto, primo aphor. Vigeſimo primo. Secundò, nō eſt opus, expurganti medicamento, imò temerariū eſt, eo vti, quādo vacuatio per deiectiones vehemēter modū excedit, & maximo impetu procedit. Tertio, nec in leuioridyſēteria, in qua cacochimia modica eſt, ſunt neceſſaria cathartica, ſed ſępè ad abſolutā curationem ſufficiunt cliſteres, primò extergētes, deinde adſtringentes. qua ratione Gal. ductus, ſecundo de ſimplicibus medicamētis. 12. & 14. in mordicatione inteſtinorū antè attēperantiū vſum, melle aut alio quoppiā extergere iubet, quod infeſtabat. Si itaque prudēs medicus cōiecerit, ob affectus magnitudinē & cacochymię copiā, in dyſenteria expurgationē cū rhabarbaro aut miro balanis torre factis eſſe neceſſariā, poſt sāguinis detractionem moderatam, (ſi ſan-

guis abundauerit,vires conſtant) properè exrpurganti dicto vtetur,poſteà extergen tib⁹ & adſtringẽtib⁹ tota curatio pficietur.

Cenſura decima octaua de hydrope.

FAcultatis hęmatoſis in iecinore reſidẽtis corrupta actio fit in hydrope,nã in hoc affectu iecur vice ſanguinis,pituitã abũdãtẽ, flatuoſũ ſpiritũ,aut nimiã ſeri copiã profert,atq.producit. Hinc vulgatiſſimę illę tres hydropis ſpecies emergũt,nẽpè,flatuoſa tympanites appellata,aquoſa cui nomẽ aſcites ĩditũ eſt,& quędã alia carnoſa,leucophlegmatica grȩcis,hypoſarca aut anaſarca dicta:ĩ qua nõ ſola abdominis regio,ſed vniuerſũ corpus tumidũ cõſpicitur. Neoterici cõtrouerſiã ſcrutãtur,nũ aſcites deterior ſit alijs.Donat⁹ Antonius ſuo lib.đ curãdis morbis proprio cap.anaſarcã èmaiori &frigidiori oriri iecinorisintẽperie,quã aſcitem &tympanitẽ,ſibi perſuadet.Proindè cũ Muſa & Amato luſitano hãc deteriorẽ conſtituit. Quã cenſurã ſic munire conatur:ſed quemadmodum aſcites à maiori frigiditate,quã tymnpanitesoritur,pari ratione anaſarca ſeu leucophlegmatia a fri-

à frigidiori iecinoris intemperie quàm ar cites ortum ducit. Quantò etenim pituito ſum recrementum ſeroſo ac tenui humore frigidiusexiſtit,tãtò anaſarca à frigidio ri intẽperie generationem habebit,quàm qui ex ſeroſo excremento producitur. Ac cedit item,quód (vt fatetur Aetius) talis humor tenuis & ſeroſus , qui aſcitis cauſa exiſtit,ſalſus eſt,& putrefactus, vt propterea largiorẽ potum appetant. Hæc Donatus Antonius. Cuius ſententiæ ſubſcribit Pereda, in ſcholio ad caput de hydrope, aiens. Tertia hydropis differẽtia ea eſt,quã anaſarcam & leucophlegmatiã appellant in qua maiorem habet iecur frigiditatem, quam in ſupra dictis . Qua in parte maximè mirandum eſt, Valleſium lib. 4. acutorum,anaſarcam minorem habere frigiditatem,quã alias hydropisdifferentias,ſcripſiſſe.&c. quę tamen opinio,vt potè minus probabilis,reijciẽda eſt , vt alibi diſſertaui mus. Etenim longè intẽſior iecoris illa frigida intẽperies cenſenda eſt , quæ ex chylo profert aquam,vt in aſcite fit,quàm quę ex eodem pituitam producit,vt in anaſarca: Nam pituita, vt Auicenna voluit prima

ma ſen primi doctrina quarta primo, ſanguis diminutè coctus eſt, aqua autem ſeu ſeroſus humor multò plus diſtat à natura ſanguinis: Porrò quò ſuccus peccans ſeu humor magis diſtat à natura ſanguinis, eò à maiori & intenſiori iecoris intemperie illũ produci, cõſtat. Proindè ratio Donati præſupponit falſum, nempe, pituitoſum excrementũ frigidius eſſe aqua, ſeu ſeroſo humore. Siquidem aqua ex frigidiſſima omnino cauſa fit, pituita verò exfrigida, ſed non æquè, cùm propinquior ſanguini ſit. Qua propter nõ ſolùm cẽſendum eſt, cum Gal. quarto aphoriſmorum vndecimo, à maiore frigiditate aquoſum hydropem generari, quã tympanitẽ, (non enim mutari in flatum humiditas ſine aliquo calore poteſt) verũ etiam à maiori frigiditate aſcitem produci, quàm anaſarcã. quòd ſi ſeroſus humor in aſcite falſus eſt, id ſanè ex accidenti habet, quia vel à calore extraneo putreſcit: vel aliquid ſalſum & terreũ exuſtũ eo permiſcetur. à maiori ergo imbecillitate iecinoris naſcitur aſcites, quàm tympanites, & anaſarca, vt verè profitetur Auicenna decimaquarta tertij tract. quarto.

to. Qua ratione monitus Razes in diuiſionibus cap. ſexageſimoquinto, anaſarcā leuiorē eſſe alijs, & propinquioris curationis meritò iudicat. Quid quod Gal. 4. acutorū dūtaxàt mittere ſanguinē in anaſarca ſuadet ex ſuppreſſis mēſibus, aut hęmorrhoidibus orta, minimé verò in alijs differētijs? cęterū, Aëtius tympanitē cæteris deteriorē cōſtituit, cui opinioni adſtipulatur Valleſius in cōtrouerſia de Hydrope, cenſens aſcitē pēdēre à maiori intēperie, & iecoris imbecillitate, ſed tympanitē eſſe difficilioris curationis cæteris omnibus, & proindè deteriorem eſſe iudicatā ab Aëtio. Id probat, quia in tympanite non fit pertuſio, ſicùt in aſcite: ſecundo etiā, quia nulla ſunt medicamenta expurgantia flatus, plurima verò ſunt expurgantia phlegmagoga, & hydrogoga. Sed, mea quidem ſententia, iſthęc parū aut nihil muniunt Aëtij cenſurā, quā hac in parte minus verā arbitror. Etenī admodū rarò pertuſio in aſcite proderit, quia cum oboriatur à graui affectu & maxima imbecillitate iecinoris, licèt venter inaniatur, breui tempore iecinoris læſio iterum coaceruat aquam. Adde etiam,

Eraſiſtrati eſt ſentētia, ex Celſo.

quòd

quòd pertusio sępè nō admittitur ab ęgro tante nisi morbo nimis aucto,& confirmato vbi alia medicamenta nō contulerint: proindè non prodest.adhibenda autē erat in principio,ex decreto Hipp.lib.7.epidemiorū hydropicos secare,tabescētes statī vrere.Nec verò si administretur in principio,omnino est certa huius affectionis curatio,vt potè quę magis cōsistat hæc in curatione & extirpatione malæ intēperiei icinoris,aquam producētis,quā in eductione aquæ,quæ colligitur inter peritoneū & omētū.secūda verò Vallesij ratio nihil cōcludit,nā eadē medicamēta pituitā expurgātia & serosos humores,subducūt quoq. flatus,& eos attenuāt,& discutiūt.nō producitur autē solus flatus in tympanite,sed simul flatus cū aliqua portione pituitę,aut serosi humoris,expurgationē postulante. Porrò difficultas curationis in tympanite nō cōsistit in difficili eductione&discussione flatuū,(imòhęc sępe facilē fit à discutiētib⁹ flatū medicamētis)sed in difficili curatione ībecillitatis iecinoris&intēperiei ei⁹: quę cū maior sit ī ascite,vt probatū abūdē est,sequitur,ascitē esse difficilioris,curationis & proinde

Paracē tesis periculosa & quibus adhiberi possit. Vide cælium Aur. 3. tardarū passionum cap. 8. ad finē.

cæteris deteriorem, vt experientia firmat. verũ, præstat hîc controuersiam de hepate lupino paucis absoluere, quam quoque in medico commentario subnotauimus: vt tandem censuræ decimæoctauæ sit cõplementum. Ad omnes hepaticos à proprietate totius substantiæ hepar lupinum miri ficè prodesse, non rarò à nobis intermedẽ dum est experientia comprobatum. Laudãt illud alij proceriores in curatione hydropis, & in curatione obstructionum hepatis: quorum sententiam sic conatur refellere Pereda. Præterea iecur lupinũ permisc̃et autor in Compositionibus de obstruentibus iecur, existimans, toto temperamento operari; quod nõ probatur à Galeno vndecimo simplicium cap. de hepate lupino. Fortasse adductus fuit ex eodem Gal. lib. octauo secundum locos cap. septimo, qui iecur lupinum toto tẽperamẽto hepaticis conuenire scribit: non animaduertens, Galenum eo in loco non proponere medicamenta toto temperamento hepaticos iuuantia, sed postquàm scripsit medicamẽta ex Asclepiade ac hepaticos, addit, ipsum scripsisse pharmacum ex cocleis

cleis tritis cũ vino, quod toto temperamẽto iuuat, ſicut & lupinum hepar, non vna aut altera qualitate. Vbi Gal. hæc toto tẽperamento iuuare ſcribit, quia ſunt alimẽta: qua ratione eadẽ, Paulo ſuprà, vuas paſſas viſceri ſecundùm totam ſubſtantiã familiares eſſe docuit. Hęc ille. Sed quàm ſiniſtrè allatum locum Gal. interpretetur, eiuſdem Gal. verba indicabunt, quæ ita habentur: videtur autem hęc iuxtà totã ſubſtantiam efficacia eſſe, non ſecundum vnã aut alteram qualitatẽ, quale eſt & lupinũ hepar, cuius abundè experimentum habemus. Vſus autem ipſius conſimilis cocleis eſt, teritur enim exactè hepar lupinum, & datur drachma vna cum vino aliquo dulci, qualia ſunt thęreũ creticum, & ſcybelytes ac dulce protropũ. Benigna enim hæc ſunt viſceri ipſum nutrire potentia, & media iuxtà calidi & frigidi oppoſitionem: & ob id talia pharmaca omnibus intemperaturis conuenire videntur, vt quę ex ſubſtãtię proprietate commoditatem de ſe exhibent, & nec calidas nec frigidas intẽperies lędant. Hucuſq. verba Gal. ex quibus planum eſt, ipſum profiteri, hepar lupinum

hepaticos iuuare, non ſolùm quia viſcus nutrire poteſt, ſed etiam quia ex ſubſtãtię proprietate commoditatem exhibet incõ firmatione iecinoris. Proprietatem autẽ totius ſubſtantiæ Gal. appellat ſimilitudinẽ quandã ſubſtantiæ, ſeu analogiam, quæ inter medicamentũ & viſcus affectum eſt. & quia dicere non poſſumus diſtinctè, quę ſimilitudo ſit iſta, vt potè quam non aſſequitur ſenſus, vt ſuprà diximus cenſura. 13 ideò ſané eam occultam appellamus meritò. Non ergo hæc medicamenta toto tẽperamento iuuare dicuntur, ſolùm quia ſunt alimẽta iecoris, vt perperã interpretatur Pereda, ſed etiam quia proprietate occulta totius ſubſtantię viſcus firmant, & iuuant. Sicuti aliarum quoq. partium propria ſunt medicamina, vt mirobalanus lienis, bethonica renum, eupathorium iecoris, eodem teſte, lib. de theriaca ad Piſonẽ capit. ſexto. Sed diluenda nobis eſt contradictio libri vndecimo ſimplicium capit. de hepate lupino, quę ita habet: hepar lupinum (ait Gal.) ſæpenumero in medicamentum indidi hepaticum, quod ex eupathorio conficitur, nec tamen quod mentione

tione dignum ſit, amplius præſtare compe ri, ad illud videlicet comparans, quod ſine ipſo componitur. &c. Sed pro ſolutione vi detur potiùs dicẽdum eſſe, dum hæc ſcrib ſit Gal. non adhuc huius medicamenti habuiſſe euidens experimẽtũ, id quod varietas affectuũ, in quibus propinabatur, facere poterat, vt notabilius iuuamentum ex eo non perciperetur, quã ex ſolo medicamẽto de eupathorio in alijs affectionibus nõ perindè intẽſis & firmatis ſenſu percipi ſolet. Atqui difficilẽ profectò erat experimẽto cognoſcere, an cũ hepate lupino ęquê iuuaret medicamentum ex eupathorio, ac ſine illo: nã debebat obſeruari regula cõparabiliũ, nẽpe, vt propinaretur in eo dẽ affectu æque intẽſo, & eodẽ tẽperamẽto, & ęqua virtute, & ęqua quãtitate medicamẽti, modò cũ iecore lupino, modò ſine illo. Quę omnia ſimul in experimentis copulari, cum difficilé ſit aſſequi, mirum certè nõ eſt, q; quãdoq. ſit experimẽtũ fallax, vt lectio ãtiqua aphoriſmi primi Hipp. nos docet. creditu q. facile eſt, poſtea ãnis voluẽtib⁹, Gal. hui⁹ medicamẽti notabile preſidiũ interm edẽdũ ꝓcipiſſe, & li.8

posteris tradidisse, hepatis lupini se iam abundans experimentum habere. Proinde multò minus recipiēda venit Lupei sentē tia, libello suo de placitis Galeni fol. 67. iu dicantis, vbi hepar lupinum laudat Gal. 8. localium ad hepaticos, non suam sententiā, sed Asclepiadis & aliorum exprimere: nam (inquit) librorum illorum Gal. potiùs fuit compilator, quàm autor. Tamen præstitisset aduertere, hac in parte apertè Galenum sententiæ Asclepiadis suam addere censuram: quod in multis alijs antiquorū medicamentis præstare eisdem libris longa serie solet.

Censura decimanona de lythiasi renum.

LYthiasis renum calculosa est affectio, calculi autem renis causa efficiens est calor, siuè immodicus, siuè moderatus paulatim & sensim exsiccans & indurans crassum & glutinosū succum, qui à venà caua per emulgentes ad ipsos deriuatur: vt Galenus docuit lib. sexto epidemiorum sectione tertia comm. decimo sexto. Nusquam à frigore concrescere potest lapis in renibus, vt probat autor doctissimi libelli de renum affectibus, Galeno

leno attributi, cap. ſeptimo ſic ſcribens: verùm in nobis lapidem frigus non parit, nec enim fieri poteſt, vt viuo corpori tantum frigus accedat, quo concreſcere valeat in homine lapis, quemadmodum fieri in externis videmus: quo fit, vt à calore lapis in homine generetur, eòque vel vehemẽti, vel tepido. hactenus doctiſſimi illius libri Autor, quiſquis ille fuerit. quibus probè conſideratis, iure merito audiendi non ſunt, qui efficientem calculi renum cauſam etiam frigiditatem cõſtituũt: vt Holerius in ſcholijs ad caput de lapide renum, & Valleſius in commentarijs in ſextum epidemion. Sabulum ab eodem ſucco craſſo fit, ſed non perindè glutinoſo & viſcido, & ideò dum exſiccatur à calore facilè in multas arenas diuiditur. Cęterum, dum exciditur lapis ex renis ſubſtantia, & itidem dum generatur ibidem, num vehementem & acerbum dolorem excitare poſsit, plurimi in dubium vertũt. quam dubitationem abſoluit Gal. lib. ſexto epidemiorum ſectione prima commẽtar. ſexto, ſic ſcribens: dolorem grauem, aut tanquam alicuius grauis loco incum-

bētis ſenſum inferētē,aut acerbū intelligere poſſumus: ſiquidē vtrumq.verū eſt, diuerſis tamen tēporibus in renibus fieri. In calculorum enim creatione,atq. exitu grauiſſimē dolent,reliquo autē tempore, vt rei cuiuſpiam grauis loco incūbētis dolorem percipiunt. Quicunq.igitur in renū cauis lapillos concreſcere arbitrātur in ſolo pervrinarios meatus tranſitu laborātes dolerē,aiunt:at quicūq.in renū carne calculos creari ſibi perſuaſerunt,non ſolū in ter exeūdū,verū etiā creationis tēpore dolorē ipſos inferre,teſtātur. Deindè & quā do in renū ſinus peruadunt. Calculos autē in renū carnibus generari,ptoportione tophis in articulorū morbo genitis reſpōdētes,orationē Hipp.in teſtē adducūt, ex lib.de naturahominis.Cæterū,renū calculi vtroq,fieri modo poſſunt,& nuper dicto & eo quodPaulò antè declarauimus,cùm in ipſorū ſinibus tēporis interuallo arefactū viſcidū humorē ad tophi corpulentiā redigi afferebamus.Eodē quoq.tēpore, ſi obſtructio aliqua in ijs fiat, aut mediocris phlegmone,grauitatis magis quā doloris ſenſus efficitur, ſicuti & in iecore:propterea

rea quòd vt renes, ita & iecur perexiguis neruis prędítum eſt. Hactenus Gal. verba, quę ſic ad longum citare decreui, vt cuncti planè intelligant, non eſſe aſſentiendũ verbis Peredæ, iudicantis in ſcholijs ad caput de calculo renum, magnum lapidem, quando exciditur ex carne renis, magnum dolorem non inducere, quia (inquit) caro renis eſt inſenſilis. & in carne renis generari non poſſe lapidem, quia deficit locus, nempè cauitas. Ita enim ſcribit: Valleſius ſexto epidemiorum exiſtimat, magnũ lapidem quando exciditur ex carne renis, acutum dolorem inducere, id colligit ex eo, quòd hunc dolorẽ difficilé diſtinguere poſſumus à cholico dolore. Quę ſentẽtia facilé refutabitur ab eo, qui conſiderat carnem renis eſſe inſenſibilem, & proindè nec àmagno lapide poſſe acutè dolêre. Adde, in carne renis non poſſe generari lapidem, quia deficit locus, nẽpè cauitas. Accedit, quòd ſi in carne renis lapis generaretur, non poſſet ad vreterem permeare. Hęc eſt illius ſententia, cui minimè eſſe aſſentiendum, iudicamus. nempe, quòd

obijcit,carnem renis eſſe inſenſilẽ, & proindè nec in deciſſione magni lapidis poſſe acerbè dolêre,diluemus,dicẽtes cum Galeno,carnem renis non eſſe omnino inſenſilem,ſed obtuſi ſenſus:ita vt mediocris inflammatio ſenſum grauitatis magisquàm dolorẽ inferat,vt Gal.docuit. At verò exciſſio & generatio lapidis,grauiſſimum & acerbum dolorem in rene excitare poteſt vtGal.initio allâti contextus apertè prodidit:idq.pręſertim quia cũ ad renum cauitatem ſubit calculus,in membrana quę iſtîc ſubſtat,quoniam facili ſenſu eſt,dolorem mouet vehementem. Verba ſunt autoris libri de renũ affectibus cap.decimotertio. Atqui diuortium ingens continui in ipſa renis ſubſtãtia,& in mẽbrana cauitatis fieri neceſſe eſt,indeciſſione magni lapidis in propria renis ſubſtantia generati. Quod prętereà addit,in carne renis non poſſe generari lapidẽ,quia deficit cauitas,palàm refellit Gal.citatis verbis inquiens:cęterum renum calculi vtroq. fieri modo poſſunt, videlicèt in renis ſubſtantia,& in cauitate. Calculi nimirum ipſi carni renum affixi quãdoq.hęrẽt,eodẽ modo quo tophos in arti-

articulorum morbo carnibus affixos generari, longa experiẽtia didicimus. & ratio loci. 5. Cauitatis arguit, faciliùs ibi produci posse lapidem, si contingat in cauitate diutiùs immorari crassum & viscidum succũ. cũ ergo Gal. apertè hãc probet sententiam, quam experiẽtia summoperè firmat: (conspicimus siquidem & in lapidis generatione, & in excisione eius in ipsa renis subſtantia dirum seu acerbum dolorẽ sentiri) floccipendenda idcircò cum alijs erit isthæc Peredæ calumnia. Tamẽ aduerte sedulò, acerbum dolorem hîc à Gal. appellari dirum seu fortem metaphoricè, sicut homo acerbus dicitur ab eodem, tertio de differentijs pulsuum vltimo, qui iniucundus est, & iracendi occasionem captat. Subindè facilè expendes, num iniustè carpat Archiginem, (lib. secundo de locis cap. octauo) aliquem dolorem acerbũ appellantem: nec enim fas est, dicere, Archigenem ignorasse, acerbũ propriè de sapore dici, metaphoricè verò de dolore. Porrò dubitant recentiores medici in hoc affectu, qua ratione lapide existente in vno rene, aquosa fiat vrina, aut etiam supprima-

tur,ſiquidem verum eſt,ex Gal. ſententia, partes geminas affectas eſſe,vt vna læſa pathemate aliquo,altera ageret. Reſpondet Valleſius doctiſſimus, lib. 7. epidemiorũ cõm.quĩquageſimo nono,venas emulgẽtes ſimul oriri à venacaua,& proindè rarò vnum renem lapidem congerere,quin alter à craſſis ſuccis & arenis obſtruatur. Et ideò vrinam ſupprimi,aut colatã per ambos renes puriorem excerni. Quid ſi invreteram prodijt lapis,& ſupprimatur vrina? id(inquit)fieri, quia ab dolorem perit nixus muſculorũ abdominis,qui ad reddendam vrinã neceſſarius maximé eſt. Carpit hãc Valleſij cẽſurã Petr⁹ Pereda,loco proximè allato,tanquã omninò falſam,propterea quòd indies experimur, lapide in vno rene exiſtente,alterũ nõ eſſe obſtructũ & rectè operari:ea ratione qua affecto vno oculo,alter illeſus ſeruatur. Verùm hęc Peredæ ratio probat,Valleſij rationẽ perpetuę veritatisnon eſſe,non tamẽ omnino falſam eſſe conuincit,vt ipſe ſibiperſuaſit. Quippequãdoq.cõtingit,vnũ renẽ eſſe affectũ calculo,& alterũ obſtui à ſuccis craſſis,vbi cacochimia venæ cauę maxima eſt

& in vtrumq.renem confluit: quo caſu ve ra eſſe poteſt Valleſij ratio. Sed ſæpè accidere conſpicimus, vnũ renem affici calculo, & alterum omninò eſſe illęſum, quo caſu nihil concludit ratio Valleſij. Proindé oportuerat addere, hoc caſu ſupprimi aliquando vrinam, aut colatam puriorem & tenuiorem excerni, vt experientia indicat non quia in vtrumq.renẽ cacochimia cõfluat ſemper vel magna ex parte, ſed quia craſſi ſucci deſcendentes obſtruunt collũ veſicę. quę cauſa communis eſt etiam ſuppreſſionis vrinæ, vbi lapis in vreteram prodijt, & vehementes dolores ſuſcitat. & licèt vehemens dolor nixum muſculorum abdominis præpediat, qui ad expulſionẽ recrementorũ alui et vrinę concurrit, Gal. teſte ſexto de locis quarto, tamen, magis communis cauſa ſuppreſſionis vrinæ, hoc caſu, iudicanda eſt prædicta colli veſicæ obſtructio: vt quæ etiam citra dolorem vehementem huius pathematis ſit autor. Non igitur, vt falſa, omnino reijcienda eſt Valleſij ratio, vt Pereda cenſet, nec item vt perpetua, vel raró aliter contingens, vt Doctiſſimus Valleſius ſcribit,

ſius ſcribit, amplectenda venit: ſiquidem conſtat non rarò vnum renem affici lythia ſi, altero prorſûs illeſo permanēte. & magna ex parte qui habet vnam partē læſam, vt prodidit Auicenna, cæteras habet incolumes. Plurima occurrūt aduertēda in curatione affectus propoſiti, quæ quia præsētis inſtituti non ſunt, conſultò prętermittimus. Duntaxàt ſilentio inuoluēdum nō eſt, potum aquæ modicè calidę, ieiuno vētre, tanquàm omnium præſentiſsimū laudari in pręſeruatione lythiaſis, ex Paulo & Aëtio: cuius rei rationem intendēs expendere Donat⁹ Antonius, poſteris tradit, multum hoc præſidium conferre, quia tempera t calorem renū: ſed, pace eius dixerim, magis id pręſtaret frigida. Proindè tu dic, ſi placet, aliter. Nempe, aquam parùm calidam innoxiam habere vim emolliendi, & ſic opponitur duritiei lapidis: ſed & qui buſdam ventrem lenire ſolet, præſertim cum ſaccharo. Cętera autem Μαλακτικά, ſi aſsiduè ſumantur, non perindè innoxia ſunt, nam vel craſſos ſuccos gignunt, aut ventriculi robur ſubuertunt.

Cenſura vigeſima de putredine ſpirituum.

Om-

OMnia putrefieri poſſe præter ignem, literis prodidit Ariſtoteles, lib. 4. metheorologicorum primo. Firmare hoc poterat tum ratione naturali, tum experientia. Ratione, nam in vno quoq. miſto humiditas eſt propria, quæ paulatī à præternaturali & alieno calore alterari & corrūpi poteſt. Experiētia, nam cuiq. compoſitæ ſubſtantiæ peculiarem eſſe ſuę putreſcentię modum conſpicimus. Scriptū enim eſt in ſacris Leuitici decimotertio, pellem, veſtem, pānum, domum & lapides pati aliquando lepram, in qua proculdubio eſt peculiaris corruptionis & putredinis modus. Hatum rerum exemplo ducti medicorum ſapientiores, ſpiritus in noſtro corpore nonnunquam putrefieri, annuunt. Tandem id palàm viſum in diaria illa febre peſtilēti britanica, quę vno die hominē perimit, aut liberat. erat ſanè hęc peſtis (ſifracaſtorio credim⁹) orta ex certa aëris putredine, habente analogiam ad ſpiritus, quos maximé in malignā putredinem ducebat. Solus Pereda ex neotericis oppoſitum tueri molitur, cap. de febre diaria & ſynocho, ſic ex more ſua

&. 14.

An ſpiritus putrefieri poſſint.

puerilia

puerilia ſpicula mittens: Valleſius conſtã ter affirmat, ſpiritus putrefieri poſſe, quod probat, primo autoritate Ariſt. ſcribentis, omnia putrefieri præter ignem: at ſpiritus no eſt ignis: ergo putrefieri poteſt. ſecundo aër putrefieri poteſt, ergo et ſpiritus. Ego tamen (ait) aſſero conſtantiſſimè, ſpiritum non poſſe putrefieri. Quod confirmo ex natura rei, quia adputredinẽ obſtructio requiritur, quàm nunquã faciet ſpiritus tenuiſſimus cum ſit, & facilè diffletur. Quod conſiderans Gal. 1. febrium ſeptimo, febrẽ diariam exemplo lapidũ qui alterari poſſunt, & non putrefieri, demonſtrauit. Præterea ad putredinem requiritur quies, quã ſpiritus non habent. Materia putredini eſt humiditas excrementitia, qua carent ſpiritus, ad igneam accedentes naturam. Hęc ille, quæ parũ aut nihil obſtant. Principio quod ſibi perſuaſit, putrefieri ſpiritus non poſſe, quia ad putredinem ſpiritus obſtructio requiritur, quã nunquã inuenies in ipſis, tenuiſſimi cũ ſint, & facilé diffluentur: nihil prorſus concludit. Quaſi verò nulla alia ſit putredinis cauſa præter prohibitam tranſpirationẽ, ab obſtructione ortã. at nõ

nullas

nullas potiſſimas caloris præter naturalis cauſas conſtituit Galen. primo, de differentijs febrium quarto, videlicèt motum, putredinem, prohibitam tranſpirationem, ad hæſum ad rem calidam, & cõmiſtionem calidæ ſeu putridæ ſubſtantiæ. Quaſi manifeſtè doceat, putredinem poſſe eſſe citra obſtructionẽ, ſeu citrà prohibitam tranſpirationem. Alioqui, quorſùm putredinem & prohibitam tranſpirationem diſtinctas cauſas facit? vt hinc liquidum euadat, ſpiritus putrefieri poſſe, fuliginibus humorum putridorum, aut putrido aëre cum ipſis permiſto, citrà prohibitam tranſpirationem. Quod ſanè clariùs expunxit, lib. de cauſis morborum octauo aiens: putreſcunt nonnulla, à medicamentis quæ vim habent putrefaciendi, aut ab ijs quæ in ipſis animalibus oriuntur recrementis, nonnulla verò, quia minimé perflantur. Id ipſum profitetur, libro dè inæquali intemperie capitulo ſeptimo. Addit præterea Paſchalij commentatur, ad putredinem, quietem requiri, quam ſpiritus non habent. Identidem ad putredinẽ opus eſſe humiditate excre

menti-

mentitia, quæ tamẽ in ſpiritibus non repe ritur, nimirùm, quies non eſt inputredinis eſſentia, cùm multa putreant in motu cõſ tituta, vt ſanguis dum efferueſcit in vaſis, & torrentis vnda in perpetuo motu coſtituta, corũpitur immiſta putri ſubſtãtia. Ha bent præterea ſpiritus humiditatem, quę putrefieri poteſt, cùm ex dictis præternatu ralibus cauſis putrefacientibus alteratio nem patiũtur. Omnem autem ſubſtantiã tenuem noſtri corporis promptiùs alterari dixit Gal. Primo febrium ſecundo. Excrementitia tandem humiditas, Nec à calore proprio regulata, facilè ab alieno putreſcit: humidum verò naturale, non excrementitium, à calore proprio bellè concoctum, difficulter quidem, ſed nihilominus putreſcere poteſt: ſi diutiùs à cauſis putrefacientibus alterari contingat.

Cenſura vigeſima prima de vena ſectione in febribus putridis.

Vpervacaneũ omninò putamus de indicãtibus & contra indicãtibus ſectionem venæ in febribus putridis multa ſcriptis mãdare, quòd Claudius Galenus ita exactè luculenter & methodice

thodicè hanc tractauerit materiam, libris octauo, nono, & vndecimo de morbis curandis, vt nihil ferè reliquerit intactum. At quia nonnulli ex neotericis controuersiam aliquam in sententijs istorum librorum offendunt, quam perperàm discutientes in errores maximos & noxios tanquã in charybdim incidũt, operæpretium erit, hîc sub epilogo dissertare, num citrà plenitudinem sanguinis ad vasa, aut ad vires, venę sectio quandoque in putridis febribus, si vires constent, administrari possit. Principio enim Gal. lib. vndecimo methodi. 15. loco vulgatissimo, saluberrimum esse, (vt dixerat) in febribus putridis venam incidere, adstruit, non in cõtinentibus solùm, sed & in cunctis alijs quas putrescens humor concitat: leuata enim eo onere, quo veluti sarcina præmebatur, nostri corporis sollers natura, concoquit facilè quod est concoquendum, & excernit, quod est excernendum. Quibus verbis constat, ad demendã sarcinam seu plenitudinem sectionem venæ in ijs febribus imperasse Gal. & proindè citrà ipsam sanguinem non debere mitti. Placet hæc interpretatio Ludouico Torco

&præſertim Horatio Augenio viro doctiſ
ſimo lib.4.de ſang.miſſ.cæterùm non pa-
rum hos deterret eiuſdem Gal.veneranda
autoritas,8.methodi,4.ſic habēs:inter has
ætates vbi robur ęgro non deeſt, ſecanda
vena eſt,etiam ſi plenitudinis ſigna nō ad-
ſint. Pręſtabit enī,vitioſi ſuccimaiori par-
te emiſſa,ad detergendas obſtructiones ac
cedere,cū alioqui metus ſit, ſi obſtructio-
nibus liberandis, priuſquàm vacuaueris,
ſtudeas,ne ipſas magis impinguas.&c.quę
ſanè indicant palàm, non plenitudinis ad
vires euacuandæ gratia (quod Augenius,
& quidā neoterici ſcriptores eum ſequen
tes ſibi perſuadent) ſectionem venę hīc à
Gal.commendari:ſed potiùs ad vacuatio
nem vitioſi ſuci cum ſanguine invaſis mi
ſti,vel putridi ſanguinis. Nimirùm, vitio-
ſus ſuccus propriè non dicitur ſanguis in
ſimplici plenitudine ad vaſa, aut aduires:
hæc enim abundantia eſt optimi ſanguinis
quamvires ſuperare non poſſunt;illa verò
abundātia eſt eiuſdem ſanguinis,aut om-
nium humorū exæquò,veteri ſeruata pro
portione,vaſa nimium diſtendens,aut fin
dēs,aut rumpens. Quin potiùsvitioſus ſuc
cus

cus corporis,apud Gal.lib.de cibis boni& mali ſucci in principio,cacochymia Græcis dictus eſt.Nempè,ſanguis corruptus& vitioſus,vel ſuccus alius à ſanguine qualitate & quantitate peccans. Is ſanè ſuccus vitioſus ſi cum ſanguine invaſis miſtus ſit, ſi vires conſtant,& bonus ſanguis exiguus non eſt,(in multa quippe eius penuria vires conſtare non poſſunt) rectiſſimè profectò venę ſectione primũ is vitioſus ſuccus educitur à Gal.citato loco,etiam ſi plenitudinis ſigna nõ adſint.Præſtabit (ait)vitioſi ſucci venę ſectione maiori parte emiſſa ad detergendas obſtructiones accedere.Pervitioſum autem ſuccum inibi deſignari plenitudinem,quis ferat? obijcies? in cachochymia ergo (cuius remediũ eſt purgatio,non venę ſectio)citrá plenitudinem aliquando ſanguis venę ſectione hauriendus?occurrendum,ſimplicis cacochymię proprius,fateor,&accommodatius remediũ eſt expurgatio,quàm venę ſectio, ſicuti plenitudinis è contra accommodatius præſidium eſt venæ ſectio purgatione: Hoc profectò eſt,& non aliud, quod crebrò profitetur Gal. aiens: cacochymię debetur

betur expurgatio, plenitudini venę ſectio. Porrò, hoc non tollit, in vaſorũ cacochymia cũ magnitudine morbi prę ſente aut futura, & virium robore, venę ſectionem interdũ ſalubriter adminiſtrari: velutiquo que in plenitudine expurgationẽ. Id nunc ex Gal. principijs luce clari⁹ aduerſùs neo tericos dictos demonſtro. Etenim in febri bus ex cacochymia illa graui in annonæ caritate maxima, quę plurimàs prouĩcias imperio Romano ſubditas afflixit, nõ pro hibebat venę ſectionem Gal. lib. de cibis mali ſucci cap. primo, niſi duntaxat ijs qui bus vires reſolutę erant. Atqui vires poſſe conſtare in morbis ex cacochymia, citra vllam ſenſibilẽ plenitudinem, ex Gal. con ſtat, lib. de multitudine, & varijs alijs locis. Identidem in plenitudine conferre poſſe expurgationem, Gal. inſinuat. 4. ſanitatis tuendæ. 8. ſi (ait) quis vel propter ętatem, vel timiditatem permittere ſe medico, ad ſanguinem vllo modo extrahendum, no lit, huic deijcienda largiùs aluus eſt. Inſur git Augenius? in ſimplici cacochymia ſanguinis boni vacuatione opus non eſt: proindè nocua ſemper erit in ea venę ſectio?

reſ-

reſpondendum, præclarius emolumentũ ſubſequi ex vacuatione vitioſi ſucci cum ſanguine miſti, quã nocumentum & iactura ex effuſione ſanguinis boni: quippę ſupponimus vires eſſe valentes: quo caſu ſanguis bonus exiguus eſſe nõ poteſt, ſed quo dã modo auctus, ſiue ſuprà, ſiue intrà mediocritatem. Vtilis ergo tunc temporis eſt ſe poteſt venę ſectio. & eo magis quia in febribus ex cacochymia ſeu vitioſo ſucco non poteris methodicè ad expurgantia valida accedere, quin præcedant aliqua medicamenta attenuantia, detergentia, & ecphractica ſeu deobſtruentia. Quorum tamen vſus noxius iudicatur à Gal. in præſenti, niſi vitioſi humoris bona pars priùs venę ſectione ſit emiſſa. Præterea lib. 4. ſanitatis tuendę. 8. in curatione vlceroſæ laſſitudinis, quæ à calidis & mordicantibus ortum habet ſuccis, ita eãdem doctrinã nos docuit: vbi paululum citrà ſanguinem reſtitũ, vel vltra proceſſum eſt, audacter mittendus ſanguis eſt: vbi tamen plus, conſideratiùs agẽdum: vbi plurimum, in ijs nullus omnino mittendus eſt. Inſpicere verò & ſanguinis quantitatem conueniet. Vt

Vt verbi gratia ſi bonus ſanguis exiguus ſit, reliquus verò ſuccus plurimus, vtique ijs abſtinēdum à detractione ſanguinis eſt, Sin is quidem exiguus, ſanguis verò copioſus, audacter incidēda vena eſt: deinde dejcere aluū oportet, ratione habita de abundantis ſucci copia, pariter & ſpecie. &c. & ſubdit: pone enim talem hominem ex mala victus ratione laſſitud ine vlceroſa affectū, deinde ex ijs quas retulimus notis, in venoſo vaſorum genere apparere, ſubeſſe illi copiam ſemicrudorum ſuccorum: in reliquo verò corpore toto multitudo horum mordacium, quos laſſitudo ſecuta eſt. Auctus prætereà illi quodammodo & ſanguis eſto. Maximè ergo detrahere primò de ſanguine oportet, deindè ſuccum illum educere qui ſuperare videtur. Hactenus Gal. ex quibus luce clarius conſtat, in cacochymia quandoq. primo mittendum eſſe ſanguinem, vbi vires conſtant, & cacochymia cum ſanguine in vaſis ſit miſta, ita tamen vt ſanguis bonus exiguus non ſit, reliquus verò ſuccus plurimus: quippe tūc vires non conſtant: ſed vbi quodammodo bonus ſanguis auctus ſit, & cacochymia

non

non plurimum distat à natura sanguinis: tunc enim vires possunt constare. Hinc aduertendum, in prædicta hypothesi tradidisse Gal. auctus præterea illi quodammodo sanguis esto; vbi illa particula, quodammodo, remissionem designat: ita vt sit sensus, nō sit verò sanguis bonus exiguus, sed aliquo modo auctus, etiam intrà mediocritatem: etiam si plenitudinis signa non adsint, tunc methodicè sanguis vena secta demitur, vt diserte octauo methodi quarto, prædixerat. Palàm enim est, quodammodo esse posse auctum sanguinem, citrà euidentia plenitudinis signa. Porrò quia Hæc Gal. autoritas eos tacere cogit nihil mirum, protinùs ad sacram anchoram illos confugere, & vt affirmare tandem audeant, hunc Gal. locum esse depranatum, deberèque emendari, vt in codicibus antiquioris translationis, & si plenitudinis signa adsint: minimè autem negatiuè, vt in probata vulgari. Ego antē (vt ingenuè fatear) non paruę ignorantię esse reor, quę apud Gal. sunt verissima, & idoneam interpretationem admittunt, putare esse apertè falsa, & ob id codicem Gal. expungen-

dum esse. In hac, quæso, censurarum varie tate, nonne accurrendum ad prothotypũ Græcũ Aldini codicis? ac hic, vt emendata & vulgata noua traductio negatiuè legit, etiamsi plenitudinis signa non adsint. Pro indè quia absurdum iudicant ferè omnes probatę doctrinæ, aliter censêre, potiùs af ferendum cum eodem Gal. nono metho di decimo, & vndecimo, non solam pleni tu dinem magnam in humoralibus febri. busvenę sectionem indicare, (vt aliqui do cti viri sentire videntur) sed & humorum corruptelam & putredinem idem quando que indicare: cum annexo magnitu dinis morbi prę sentis aut futuri, & viriũ robore. Expendite sodes attentiori animo Gal. ver ba, capitis decimi nuper citati: de corrup- tela (ait) humorum tempestiuum est, men tionem facere, quò omnes mittendi san- guinis indicationes in hoc libro decidam⁹. Ergo, quod corruptum est, id alienũ à na- tura est: quod tale est, id se auferendum di ctat, & mòx: si igitur cum viribus imbecil lis corruptela incidat, vtiq. quod affectus remediũ est, id cum virtutis custodia pug nat, siquidem affectus vacuandum esse prę

cipit

cipit,idq.vel vena inciſa vel purgatione, harũ autem neutram ferunt imbecillę vires. Oportet itaque, vbi indicationes ita ſi bi aduerſantur,& paulatim quod vitioſum eſt vacuare,& paulatim inuicem quod ſalubre eſt,pro eo reponere. Vocant medici eiuſmodi vitioſi ſucci curationem Græcè epycraſin. Hactenus Gal. verba. Ex quibus cõſpicuũ fit,iuxta Gal. Doctrinam,putridos humores capacitate vaſorum contentos indicare poſſe ſanguinis miſsionẽ, & purgationem. Id ipſum apertiùs profitetur ſic,infrà cap. vndecimo: memineris verò mihi ad ea quę dicẽda ſunt, etiam quorum cauſa venæ ſectio petitur. Nam quoniam hæc ſanguinis vacuandi cauſa adhibetur,ſanguis autem vtilis naturæ eſt,vtiq; probè hanc adminiſtrari conueniet,ſic vt quod inutile naturę ſit,emittat. Fit autem ſanguis naturæ inutilis bifariam, vel cum propriam qualitatem adunguem non ſeruat,nec amplius nutrire,ſicut prius cũ vtilis eſſet,poteſt: vel ita multitudine creuit, vt aut vires præmat,aut tum venas,tum arterias vel diſtendat,vel findat,vel obſtruat. Ac in ijsquidem,miſsio ſanguinis vtiliseſt

ceu vacuantium præſidiorum vnã: in alijs, ceu quòd humorum vehementiore impetum ad diuerſam partẽ reuocet, vel ad latera deriuet. &c. Atqui video, plurimos hîc grauiter cęcutire, ſibi perſuadẽtes, Galenũ hoc loci profiteri, in multitudine ſolã venę ſectionẽ cõmendari, ceu vacuatiũ præſidiorũ vnã, minimẽ verò in vitio ſanguinis, ſanguinis miſſionem probari, vt euacuãs præſidium, ſed vt reuulſorium, aut deriuatorium. Aberrant (mea ſententia) hi toto cęlo, ſic Gal. interpretãtes. quid enim abſurdius excogitari poterit, quàm aſſere re, adhiberi venæ ſectionem ſanguinis vacuãdi cauſa, quũ bifariã inutilis naturę ſit, ſiuę quãtitate, ſiue qualitate, vt probé Gal. initio cõtextus explanat, & mòx ſubiunge re, in vitio ſanguinis venæ ſectionẽ proba ri, vt reuulſoriũ aut deriuatoriũ præſidiũ, non verò vt vacuatorium? quòd corrptũ eſt, id (ait Gal.) ſe auferẽdũ dictat, vel ſanguinis miſſione, vel purgatione, vèl vtroq. vt mòx explanabimꝰ. Proindè ſic legẽdũ eſſe hunc locũ cẽſeo. ac in ijs quidẽ, (nẽpè in multitudine & corruptela) miſſio sãguinis vtilis eſt, ceu vacuãtiũ præſidiorũ vnã:

in

in alijs,(nēpè dū mouetur pręternaturam ſanguisad aliquē locū)ceu quod humorū vehementiorē impetū ad diuerſam partē reuocet.&c.tandem apertiſſimè inſinuat, artis medicæ octogeſimo nono, putridos humores in vaſis indicare euacuationem & alterationē. Vacuationē quidē pervenę ſectionē,per hæmorrhoidas, per menſes, per clyſteres,per ſudorē: Porrò expurgationis nō meminit, forté typographi culpa. Qua propter arcēdus eſt error Horatij Eugenij,lib.4.de ſanguinis miſſione cap.9 cenſentis,putridumhumorem non indicare venæ ſectionē,ſed purgationē:ſemiputridū euētationē & cōcoctionē ſolū. Reſpōdet diſertus neotericus quidā ſectator Eugenij,allata Gal.autoritate,nō tātùm retuliſſe Gal.eas euacuationes,quibus humores putridi poſsūt vacuari:quū Præter ſanguinis miſſionē,de qua eſt dubiū,alias adduxerit,per quas,quod putridū eſt, medici induſtria educi nullo modo poteſt:quales(ait)ſunt,quę fiūt per cliſteres, per palatū,ꝑ nares,per mēſtrua,& hęmorrhoides: ſed plurimas euacuationes adduxit, vt ex illis eligeret prudēs medicꝰ eas,quæ ſuo inſtituto

tuto videantur accommodæ. O insignem interpretationem! ea tandem censet, sanguinis detractione, clisteribus, apophlegmatismis, per menses & hæmorrhoides quod putrefactum est medici opera educi non posse. Hîc profectò non iniuria dixerit quispiã, si veritatem contineret proposita interpretatio, crimine maximę arrogãtię culpandũ Gal. fore, quippequi ad euacuandos putridos succos meminerit euacuationum, quæ ad id non sunt accommodatæ: sed absit. Quid igitur inquies, respondendum doctissimo viro Eugenio ex Galenicis principijs probanti, putredinẽ, sanguinis missione curari non posse? ita enim scribit Gal. lib. vndecimo methodi cap. decimo quarto: etenim si nec obstructio subesset, nec putredo, sed sola succorum redundantia, protinùs ad missionem sanguinis pro naturę suæ ratione, se haberet. Itaque tantum succorũ detrahi par erat, quã tũ suprà naturalem statum fuerat inauctũ. Verũ quoniam nec obstructio nec putredo curari per sanguinis missionem potest, vt quæ alia remedia, ceu priùs est monstratum, desiderent, reponi sanguinis aliquid

ad

ad curaiionis ſpatium debebit,quo minus intempeſtiuę nutrire,neceſsitate vlla cogamur.Hactenus Gal.verba. Quæ perperã intellecta,in errorem non paruũ nonnullos ſtudioſos viros duxerunt,vt ſibi ipſisper ſuadeant,Gal.profiteri,putridos ſuccos capacitate maiorum vaſorum contentos, etiam ſi magnum morbumpręſe ferant,cũ virium robore,nullo pacto indicare venę ſectionem,ſed ſolã purgationẽ,& alia vacuantia præſidia:quorum anteſignanus & dux voluit eſſe perdoctus Eugenius libro citato plurimis in locis. Oſtendam tamen hîc luce clarius ex eiuſdem Gal.principijs nihil magis aduerſum eſſe decretis eiuſdẽ & aliorum claſsicorum.Etenim & ſi verũ ſit, Gal.fateri,putredinem humorum invaſis efficere,vt minor quãtitas ſanguinis ex hauriatur,quàm morbivehementia requirit,& quamuis etiam verum ſit,obſtructionem & putredinem integrè & perfectè sãguinis detractione ſola curari non poſſe: (nimirum,ſic eſſe interpretãdum hunc locũ veritas animoſa imperat.) Inficiari tamen non poteſt,nec debet, quod ſuperiùs lib.nono diſertè tradiderat, corruptelam humo-

humorum præcipere, vacuationē eſſe neceſſariam, vel vena ſecta, vel purgatione, aut certè vtroque præſidio. Primò venæ ſectione, ſi morbus ſit magnus, & vires cō ſtent, & corrupti humores ſic ſint in vaſis, vt facili negotio vena ſecta demi poſſint: atque hoc quidem, etiam ſi nulla plenitudinis nota adſit, vt mòx ex Galeni decreto vberiùs referam. Vt ergo ſub epilogo diluatur controuerſia, dic, putredo non curatur ſola ſectione venæ, integrè, & completè, ſeu abſolutè: ſiquidem pro varietate cauſæ alia quoque expoſcit remedia, quæ Galenus paſſim nos docet. Nec mirum eſt, putredinem humorum interdum indicare venę ſectionem, vt probatum linquitur, & ſimul efficere, vt minor quantitas hauriatur, quàm morbi magnitudo poſtulat. Proindè hac in cōtrouerſia Gal. mi nimè ſibi ipſi opponitur. explicuit ſapienter hāc Gal. doctrinā Auicennas, (tāquam interpres eius fidiſſimus, qualē ſe eſſe in genuē fatetur) quarta fen primi cap. 20. inſinuans: mittendum eſſe ſanguinem vacuationis gratia; triplici de cauſa: in ſanguinis nempè abundantia, in ſanguinis vitio, & in

Diluitur controuerſia de putredine.

affectu

affectu ex vtroque mixto. Hîc Eugenius ſe facit paraphraſtem Auicennæ, quem ſic interpretatur, lib. quarto de ſangninis miſſione capit. quinto: ergo ſanguis mittitur propter ipſius abundantiam ſimplicem, vt in habitu Athletarum: vel ſecundo propter plenitudinem quo advires, qua cum leuis conſiſtit putredo, vel tertio propter vtrumq. affectum, plenitudinem quo ad vires & quo ad vaſa ſimul: ſic (inquit) ego ſoleo hũc locum interpretari. Aliam etiam addit ſuo iudicio accommodatam explanationem loci huius Auicennæ: nempe, vt dicamus, per ſanguinis vitium intelligendũ eſſe illius motum, hoc ſenſu: ſanguis mittitur, aut ratione euacuationis, quam indicat ipſius plenitudo: aut ratione reuulſionis, quã indicat ſanguinis motus: aut propter vtrumque. &c. Vtraque tamẽ explanatio, pace doctiſſimi viri dixerim, eſt extrà Auicennæ mentem. Prior, nam plenitudo quo ad vires qua cum leuis conſiſtit putredo, perperàm poſita eſt in ſecundo caſu Auicennæ: cùm palàm ſit, hunc affectum reponi in tertio membro diuiſionis; nempè affectus eſt ex

vtro-

eſt ex vtroque mixtus, explenitudine ſanguinis, & eius vitio. Porrò altera explanatio magis eſt aliena à mẽte Autoris, ſolùm de ſanguinis miſsione euacuãte in propoſita diuiſione agẽtis. Adde, quòd ſanguinis vitium aliud deſignat, quàm eius motum ſecundũ locũ. Sed age, expendamus eiuſdem autoris interpretationem, qua conatur adſtruere, Gal. octauo methodi quarto citato, venæ ſectionem imperaſſe in febribus ex obſtructione ortis, multitudinis quo ad vires euacuandæ gratia, & proindè eſſe interpretandum, etiam ſi plenitudinis ad vaſa ſigna non adſint, adſint tamen ſigna plenitudinis ad vires. Principiò verba Gal. mox addita, palàm oſtendũt, vt probatũ ſuperiùs eſt, non plenitudinis ad vires euacuandę gratia, ſed vitioſi ſanguinis educendi cauſa, vel cacochymię calidæ cũ ſanguine non pauco in vaſis mixtę, inibi venę ſectionẽ imperari. Id apertè indicat, aiẽs: præſtabit enim vitioſi ſucci maiori partę emiſſa, ad detergendas obſtructiones accedere. Sed & argumẽtũ particulariũ ſighorum plenitudinis ad vaſa, quæ ſolũ intelligi à Galeno profitentur, dũ ait, etiam ſi plenitudinis

tudinis ſigna non adſint, apud me prorſus eſt inane. Nam, vt ex prioribus dialecticæ rudimentis delibatũ eſt, propoſitiones in diffinitæ æquipollent vniuerſalibus in materia naturali, & remota: atqui in contingenti materia ęquipollent particularibus: præterquàm in axiomatis & paradigmatis communibus doctrinalibus, quæ maxima ex parte vera ſunt, & ſi ſint cõtingentis materiæ. Nimirũ, in ijs propoſitiones indiffinitę æquipollent vniuerſalibus, & ſi nulla ſit vniuerſalis regula, quæ non patiatur exceptionem. Proindè iudicandum, in hoc communi axiomate Gal. indiffinitã ęquipollere vniuerſali. Ac quid plura? cũ vniuerſaliter idem Gal. ferè eãdẽ propoſitionem protulerit, lib. de ſanguinis miſſione octauo cap. ita ſcribens: rectè ergo admonemur in ijs, quę ad librum de victu acutorum adiecta ſunt, ſanguinẽ mittere, ſi magnus ſit morbus, & æger iuuenili vigeat ætate, roburque adſit. Perperàmque Menodotus in ſola ſyndrome plethorica ſeruari venę ſectionẽ imperat. Cõtrà enim prorſum ſanguinis mittendi ſcopi, primum in ſe plenitudinem non comprehendunt, ſed fien-

tis (vt ſic dicam) paſsionis ſuſpitionem. Nam ſi eam paſsionem magnam fore, apparet, omninò ſanguinem mittemus, etiã ſi nulla exiſtat plenitudinis nota, tantùm inſpecta ætate, viribus, & magnitudine morbi. Hactenus Galeni verba, quę abundè confirmant veritatem ſententię octauo methodi quarto traditæ, & non ſolùm ob plenitudinem in febribus aſsiduis ſanguinem mitti, vt multi iudicant, ſed etiam corruptelæ ſeu vitioſi ſanguinis vacuandi gratia, dũ modo vires conſtent, & morbus ſit magnus, & interdum propter vtrumq.. Porrò ſilentio non inuoluendum duxi, Aëtium, dum refert allatam Galeni ſentẽtiam, non ſequi nouam & emendatam traductionem, hoc tamẽ non euertit eius veritatem: ſed occaſionem ſuſpicãdi præbet, contextum Gręcum olim varijs modis legi. Ac Trallianus libro duodecimo capitulo de diaria ex obſtructione, dum refert allatam Galeni ſententiam, ſic ſcribit: ſi enim copia obſtructionem peperit, antè omnia ſanè per ſanguinis miſsionęm vacuatio tentanda eſt. &cętera. præſtiterit hîc aduertere, a-

pud

pud Galenum octauo methodi quarto, & decimo methodi ſecundo, duplicem eſſe obſtructionem, quandam ex abundantia copia aut nimia quantitate ſuccorum, alteram à qualitate eorundem, videlcèt à lentore aut craſsitudine ortam. Aduertendum ſecundo, ex eodem Claudio Galeno, per abundantiam & nimiam quantitatem ſuccorum in cauſis obſtructionis, non ſolam ſanguinis plenitudinem deſignari (vt aduerſus Horatium Eugenium in ſuis epiſtolis Suprà probauimus capitulo de apoplexia) ſed etiam abundantiam & nimiam quantitatem cuiuſcumque alterius ſucci aut recrementi. Expreſſa eſt Galeni cenſura, lib. primo de ſanitate tuēda capitulo decimonono. Duplex (àit Galenus) obſtructio eſt, quædam ex abundantia & quantitate excrementorum, altera à qualitate eorundem, videlicèt à lentore, aut craſsitudine orta. vt hinc cunctis pateat, per abundantiam & copiam ſuccorum in cauſis obſtructionis apud Trallianum quoque verbis citatis, poſſe intelligi nimiam quantitatem cuiuſque ſucci aut recrementi. Quæ ſi ſit in

vasis cũ sanguine non pauco mista, & vires robustæ fuerint cum morbi magnitudine, rectè profecto venę sectione priùs vitiosi succi maiori parte emissa, ad detergendas obstructiones accedēdum: cũ alioqui metus sit, si obstructionibus liberandis, priusquàm vacuaueris, studeas, ne ipsas magis impinguas: vt allato loco Gal. disertissimè docuit: etiam si nulla plenitudinis nota ad sit. Idemmet gratia corruptelæ methodicé aliquando administrari venæ sectionē ex eodem Gal. probatum est. Sic sanè in causo non exquisito, & tertianis nothis cõtinuis, annuentibus viribus ob dictas rationes, citrà signa euidentia plenitudinis, sępissimè sanguinem maximo ęgrotantium emolumẽto emisimus. Atqui si fortè cõtingat, sanguinem, ob aliquam causam superiùs relatam, putrescere, citrà vllam plenitudinem, febremq. excitari continẽtem nonnè protinus Gal. decreto monitus, gratia corruptelæ, sanguinem pro tenore virium exhauriri imperabis? obijcies? nusquã dari continentem febrem sanguinis, citrà sanguinis plenitudinẽ. Confirmas id, quia Gal. in continentibus seu synochis copiosissimè

siſsimé mittit ſanguinem, propter plē-thoram: ſed hoc non probat, plenitudi-nem neceſſariò eas febres comitari, ſed magna exparte ob plenitudinem in eis ſanguinem putreſcere. Quippè cum pro-hibita tranſpiratio putredinis occaſio ſit, & hæc â varijs cauſis oriri ſoleat, den-ſatis exiguis meatibus, & conſtrictis cor-poribus, & humoribus tum lentitia tum craſsitudine tum abundantia obſtruen-tibus, (vndecimo methodi octauo,) cogi-mur indé aſſerere, non neceſſariò ſangui-nem ſemper putreſcere, ob eius plenitudi nem & abundantiam: proindè citra hanc quandoq. exoritur ſynochus febris. Putreſ cunt etiam nonnulla ob ad hæſum ad rem calidam & permiſtionem putridæ ſubſtan tiæ, primo febrium ſexto, & ſæpé alibi. Cur ergo Gal. lib. vndecimo methodi cap. deci moquinto, probat venæ ſectionem in pu-tridis febribus, quia demitur plenitudo, qua veluti ſarcina premebatur natura? vi-detur ijs verbis adſtruere, propter plenitu dinem exhauriendum eſſe ſanguinem in febribus, non ſine ipſa. Occurrendum erit plenitudinem cauſam magna ex parte eſ-

ſe febrium continentium, de quibus ſolũ allato contextu agit, & non de omnibus putridis, vt alij interpretantur. Nimirum egerat in ſuperioribus de continente citra putredinem, & poſteà de continentibus putridis, ac tandem in hęc verba prorumpit: ſaluberrimũ, vt diximus, in febribus eſt, non continentibus modò, (intellige citra putredinem) verùm etiam in cunctis alijs, ſupple continentibus, quas putreſcẽs humor concitat, venam incidere &c. nihil igitur hęc Galeni ſententia concludit ad verſus noſtram allatam cenſurã. Siquidẽ hoc probat, ſæpiſſimè in continentibus adeſſe plenitudinem, ſed non neceſſariò. ſed de alijs putridis febribus omnibus ibi non fit ſermo, vt ſenſit Lupeius libello de placitis Galeni, & in libro annotationum, quam interpretationem ob id probamus, quòd videatur maximè conſona Galeni mẽti: quidquid in oppoſitum communis ſententia medicorum aliter ſentiat. Pro epilogo igitur ex Galeni decretis cenſendum, non ſolam ſanguinis plenitudinem in febribus humoralibus indicare venæ ſectionem, verùm etiàm in vaſis humorum

rum corruptelam & putredinem, (ſi vires robuſtę ſint,& morbi magnitudo præſens aut futura ſuſpicetur) indicare primò venæ ſectionem, deinde purgationem. De corruptela humorum (ait Galenus nono methodi decimo) tempeſtiuũ eſt, mentionem facere, quò omnes venæ ſectionis indicationes in hoc libro decidamus. &c. præterea, calida cacochymia, id eſt, vitioſi humores in vaſis cum ſanguine non pauco miſti,& magnum morbum efficientes, cum virium robore, principiò venæ ſectione vacuari debent, deindè purgatione. Galenus eſt autor, libro quarto de ſanitate tuenda capitulo octauo, in vlceroſa làſſitudine ex acribus & mordicantibus humoribus permiſtis cum ſanguine quodam modo aucto, primò venę ſectionem imperans, deindè purgationem. Palàm autem cunctis eſt, quodam modo eſſe poſſe auctum ſanguinem, citrà plenitudinem vllam. Expreſſa eſt Galeni ſententia, libro de multitudine capitulo nono. At verò (ait) ſi eatenus ſanguis augeatur, vt venas non dum diſtendat, ad huc plethora non eſt. Tan-

tandem in vlceroſa laſsitudine cũ ſanguinis copia idem Gal. quarto de ſanitate tuẽda cap. 5. audacter primò hauriendum ſanguinem eſſe, imperat. Qua in re velim, vt accuratiùs doctiſsimus alioqui vir Eugenius expenderet, copiam & abundantiam ſanguinis apud Gal. cũ plenitudine non prorſus reciprocari: ſed copiæ nomen vni uerſaliuseſſe, & latiùs patère. Nimirum, in omni plenitudine copia ſanguinis eſt, ſuprà mediocritatem, non tamen omnis ſanguinis copia plenitudo dicenda. Nam illa copia aut abundantia ſanguinis eatenùs aucti vt vaſa non dũ diſtendat, nec vires grauet, plenitudo non dũ eſt, vt verbà Galeni allata indicant. Addit etiam Galenus eodem nono capite libri de multitudine: nam ſicuti copia humorum qui ambientes partes diſtendunt, peculiaris tentio eſt, ſic vlceroſus ſenſus mordacem ſequitur qualitatem. Proindè vel in toto corpore quandoque conſiſtit in pluribus hominibus qui mediocrem quidem ſanguinis modum obtinent, ne dum plethora laborant. Hæc Galenus. ex quibus euidenter percipi poteſt, per co-

piam

piã ſanguinis,quarto ſanitatis tuẽdæ quin to,in laſſitudine à mordentibus ſuccis; in qua primò hauriẽdũ eſſe ſanguinem Gal. imperat,non ſolùm deſignari euidentem plenitudinem advaſa,aut ad vires,ſed etiã copiã & quantitatem ſanguinis intrà mediocritatem earenus aucti,vt nondum plenitudinẽ ſenſibilẽ efficiat.Nimirũ, in hac cacochymia cũ ſanguine nõ pauco miſta, vires cõſtare poſſunt,& cum annexo magnitudinis morbi,tũc methodicè primò vena ſecanda eſt,etiam ſi nulla plenitudinis nota adſit,vt Gal.nos docuit,lib.de ſanguinis miſſione octauo capite. Id ipſum eſt quod profitetur octauo methodi cap.4.vt explanatum abũdè eſt: ad euacuationem enim vitioſi ſucci venç ſectionẽ inibi laudat Gal.non verò ad vacuationem plenitudinis ad vires,vt voluit Eugenius: nam in hac vitioſi ſucci non neceſſariò adſunt. Tandem colophonem addentes,cenſendum erit,falſum eſſe quod Eugenius profitetur,octauo de ſang.miſſione in fine, nunquàm accedendum eſſe ad venæ ſectionẽ, ſine multitudinis affectu,aut ſanguinismotu.Omittit quippe is vir indicationem ve-

nę ſectionis, à corruptela ſeu vitio ſanguinis depromptam, quam Galenus numerat inter indicationes venæ ſectionis vacuatoriæ, nono methodi decimo, & vndecimo, & artis medicæ octogeſimo nono & Auicennas. 4. primi vigeſimo: vt abundè probatum veritatis amatorib⁹ in ſcriptis retrò linquitur. Quę ſi nō plenè aliquibus nouatoribus arriſerint, copias, quæ ad fæliciorem pugnam reconditę ſeruantur, in medi ū promere non grauabor. Cæterū in continentibus febribus probat nimis Galenus ſanguinis miſsionē profuſiſſimā, vſq. ad animi deliquiū: de quo præſidio non nobis eſt hîc fuſiùs diſſertandū, quòd mihi perſuaſum habeam, noſtris in ijs vltimis temporibus, ob virtū non ſummam fortitudinem, longè ſecurius & prę-ſtantius eſſe, ſanguinis miſſionem partiri, quā ſemel ōni vi effuſa, fortaſſè, vt ait Celſus, ægrotum præcipitare. Nimirùm, rarò admodùm hoc æuo ſummum virium robur inuenire contingit, quod ſanè eſſe neceſſarium ad iſtam profuſiſſimam ſanguinis detractionem, paſſim Gal. profitetur. Proindé cenſeo, conſultiùs multò medi-

ægro-

cos illos & prudentiùs agere, qui ante quã ęgrotus animi defectum adeat, ſanguinem in venæ ſectione ſupprimunt. Porro illud eſſe verum arbitramur, in omnibus continentibus febribus, viribus conſtantibus, non ſolùm ſanguinis miſsiones copioſas prodeſſe, quia plenitudinem ſecuriſsimè & confertim euacuent, verùm quoq. quia habitum corporis ſtrenuè refrigerant. Quippe cùm calor naturalis perſeuerantiam ex ſanguine obtineat, Galeno teſte de ſanguinis miſsione quinto, fit meritò, vt venę ſectio magna ex parte refrigeratorium auxilium ſit. Protndè hac etiam ratione laudanda eſt in continentibus, & ardentibus aliquibus, in quibus vires poſſunt conſtare. Verùm hanc cenſuram non probat Petrus Pereda, propterea quòd (ait) vt Galenus & rei natura docent, in ſynocho vſque ad animi deliquium euacuamus, indicatione deſumpta, ex cauſa obſtructionis quæ plethora eſt: non ergo Mittimus ſanguinem, vt refrigeremus, vt ſecunda ratio Valleſij docet. Nec enim (inquit) id nos inſtituimus efficere, ſed ex accidenti prouenit.

prouenit: Hęc eſt ſententia Peredę, quam alius etiam iunior ſequi videtur. Egoverò vt ingenuè fatear, ſeriòne, hæc ſcripta ſint, an riſum propoſita conſecutione excitare ſtudeant, non dum clarè percepi. Audiant quęſo, Gal. nono methodi quarto, ſic ſcribentem: primũ nanq. in contrarium ſtatũ agitur corpus, celerrimè ex animi ἀfectu refrigeratum, hocverò nemo inuenire poteſt, nec quod ipſis ęgris, nec quod naturę, quę animantes gubernat, iucundius vtiliùſue ſit, Hęc Gal. ec quid ergo non mittim⁹ ſanguinem copiosè in propoſitu caſu, vt etiam refrigeremus? an non inſtituit Gal. id efficere, quod tam iucundũ, tam pręſentaneum, & tam vtile iudicat? ex accidenti (fateor) facta vacuatione calidi ſucci, idfit: ſed præſtantes in arte viri id inſtituunt efficere, vt iucundiſsimũ quid, & vtiliſsimum. Obijcit, Gal. inſtituit, profuſa sãguinis miſſione obſtructionis cauſam demere, quæ plenitudo eſt. Fateor, ac ſimul etiam intendit, habitum corporis refrigerare: & quod primum eſt in intentione, ſolet eſſe vltimũ in executione. Intendit prætereà hoc præſidio Gal. præcauere, nè efferueſcens ſangui

guinis miſsione vndecimo. Intentio igitur probè curantis multiplex eſſe ſolet, licèt omnia dirigat ad vnicum ſcopum & finẽ, nempè ad ſanitatem recuperandam. Porrò autẽ Gal. libello aduerſus eraſiſtrateos cap. ſecundo, conuincit venę ſectionis hoſtes, eo quòd natura ſæpę hæmorrhagia ſoluat febres. Ex quo non ſinè admiratione hi viri diſcere poterant, quantam habeat facultatem, ad medelam horum affectuũ ſanguinis detractio. Hos (ait) inſecuta eſt mulier numero quarta, quam eraſiſtratęi venæ ſectionis hoſtes, eodem pacto ad interitum ferè pertraxerant, verũ, hanc natura copioſo ſanguine ex naribus effuſo, ſeruauit: & dabatur occaſio, qua non ſine admiratione diſcere poteramus, quãtam habeat facultatem ad horum affectuum medelam ſanguinis ſubtractio. Hæc ſanè eſt Gal. ratio, qua nos pari argumento, conuincere poſſumus ſuam de venæ ſectione in pueris noxiam opinionem, dum ſibi perſuadet, pueris antè decimum quartum annum venæ ſectionem non eſſe adminiſtrãdam. Militat profectò eadem ratio plurimum contra eum, planéq. conuincit ſuam opi

opinionem. Nam pueri interdū liberātur à febribus putridis hæmorrhagia, nihilq. eis nocet, etiam si facilé resoluātur: proindè hinc pari ratione discere poterat Gal. quātam habeat facultatem, ad medelam multorū affectuū in pueris ante decimū quartū annū, sanguinis detractio. Atqui si insita illa molliū & puerilium corporū discussio facilis, non sufficit demere plenitudinem, nec morbū soluere, cur quod deficit, venę sectione nō supplendū? virtus autem naturalis & vitialis in pueris non languida est & imbecillis, sed fortis, vt sæpè idem Gal. tradidit. Nec verò Galenus admittit excusationem, qua eū quidam tueri nitūtur, respondentes pro Galeno huic propositę rationi. Ftenim si ratio hæc ab experimento de sumpta nihil cōcludit aduersus Gal. nec eadem conuinceret erasistratęos, quos ea munitus refellit. Ac de hoc alibi fusiùs. Nec verò hîc silētio inuoluēdus est error, existimātiū, Gal. falsa profiteri lib. de sanguinis missione cap. 9. cū inquit: si adsit crudorū humorū abundātia, antè quàm ægrotauerint, cautè euacuabis: si febricitauerint, minimè. &c. habet pro-

profectò textus is idoneam interpretationem, si rectè expendis. Cuius gratia aduertere oportet, in febribus putridis crudos humores abūdare bifariam, vno modo citrà insignē imbecillitatē viriū, sed sanguine etiam abūdāte, & hęc abundantia crudorū humorū nō est ingens: quo casu, curatio à sanguinis missione incipere debet, ex vndecimo methodi cap. 4. si (ait) multi simul & lēti humores subsint, in eiusmodi causarū cōplexu, curatio à saguinis missione incipere debet. Altero modo abūdātia datur crudorū succorū in febribus, ita vt sanguinis purus paucus sit, & succi crudi vehemēter abūdent: & hoc casu nō est mittēdus sanguis, Gal. teste, lib. 4. de sanitate tuēda; quia tūc vires cōstare nō possunt. ijs ita iactis, respōdēt nōnulli ad textū de sanguinis missione cap. 9. ibi non profiteri Gal. si febricitauerīt, nō esse euacuādū: sed minimè cautè & magis audacter illos esse euacuādos si febricitēt. Quę interpretatio licèt vera esse possit, cōstatibus viribus, est tamē extra Gal. mentem. Nam, anteà monuerat suprà capitulo sexto, (ad quem locum se remittit) in crudorum humorum

morũ abundantia, ſi vires ſint exolutæ, & febricitauerint, minimè eſſe euacuandũ, quia febris magis exoluit vires: & multo magis æſtiuo tempore. Nihil aliud ergo capite illo nono Gal. ſub obſcurè tradit, quã quod paulo anteà capite ſexto conſpicuè ſcripſerat. Atqui antequàm colophonem huic cẽſuræ addamus, pro exactiori cognitione ęſtuãtiũ & ardentium febrium merito iure per contabitur quiſpiam, quî fieri poteſt, vt ardentes febres exacerbentur quandoq. diebus paribus, apud Hipp. tertio epid. ſectione tertia 36. & ſæpe alibi, cũ bilis flaua, à nullo impedita, ſemper tertio quoq. die moueatur, & acceſſiones faciat? Reſpondẽdũ, illud ita accidere, vbi bilis exuſta æſtuoſæ febris cauſa extiterit, quæ cùm atra bilis ſit, per pares mouetur. Præterea, & in ardẽtibus à flauabile putrẽte ĩtra venas, interdùm fit, vt exacerbationes contingãt diebus paribus, et ſi acceſſiones fieri incipiãt diebus imparibus. Nimirùm, in imparibus diebus principio & incremẽto acceſſionũ factis, ſtatu verò earundem acceſſionum ad pares ſe extendente. Parũ exercitati ergo in re medica illi ſunt iudicandi,

candi,qui ſibi perſuadent,nullam eſſe poſ ſe ardentem febrem,quæ excreſcētias ter tio quoque die non habeat. Non neceſſa riò ſic accidere,ſed quandoq.oppoſitum, licèt rarò,Galenus adſtruit, tertio epide-miorum citato.

Compendium de curatione febris punctic̃ularis: Cenſura vigeſima ſecunda.

Vanto cum delectu ab initianti-bushuius facultatis ſtudioſis auto res ſunt legendi,nè dum ſcientiæ puritatem,candorem,ac caſtitatem nāciſ-ci volunt,in abſurdiſſimos & noxios erro res incauti tanquā in ſyrtes incidant: quan tumq. iſthęc medica ars opinionum va-rietate & multitudine laboret, ex hac tan-dē vltima cēſura perpēdere licebit. Qua nonnulla perſtringimus,pro curatione pū ctic̃ularis febris,decerpta à pro batiſſimis, (quos ætas noſtra tulit) eaq.tandem tū ra-tionibus,tū experimentis,aſsiduoq.vſu cō probata,& firmata: prorſus reiectis futili-bus & ſophyſticis argumentis oppoſitum ſuadentibus. Principiò, Paulus Pereda om nium nouiſsimus,in ſcholio de febre ardē te, ſic aduerſus omnes alios neotericos

probatæ fidei & doctrinæ fatur: de febre puncticulari(quam tabardillo hiſpani, & nos Valentini pulgo appellamus) aliqui integros libros ſcripſerũt,&ita poſtulabat integrũ librũ hæc tractatio,in quo nihil aliud faciendũ erat,niſi errores in illis contentos refutare.Multam enim varietatem apud eos videbis,quę oſtendit,eos ignorare morbũ,& veram eius curationem. Breuiter ergo veritatem ſic accipe. Non ſunt exanthemata maculę quę in cute apparẽt quia nõ ſunt tumores.Vndè reuocare eas poteris ad vitiligine.Hæ maculæ non fiũt ob feruorem, vt Valleſius & alij ſentiũt: neſcio enim,vndè in hac febre feruor contingat,potiſſimũ cum ipſimet ab humore craſſo pendêre ſcribãt. Sed fiũt ab humore,vi facultatis expultricis ad cutẽ delato: quia cũ putredo ſit abhumore craſſo,ſua acrimonia irritat. Prętereà, hoc ſymptoma cũ nõ deijciat vires,nec augeat affectũ non trahit ad ſe curationẽ,ac proindè cõtẽnendũ.Solũ enim ex eo colligimus, febrem eſſe mali moris,hoc eſt,quæ fit ex inæquali humore, qui non ita facilè coquitur.Nõ autẽ eſt ſignũ putredinis venena-

tæ

tæ,quia tunc hæc febris multos interficeret,& excretionē veneni in cute viderem? quod nō cōtingit:imò nulla ſunt veneni ſigna: Dices,nō eſt peſtilens,ſed ſemipeſtilens. Quid mea,dicere,febrem eſſe ſemipeſtilentē, eſt ſomniū,& res ad libitū ſcripta. Si enim putredo quę facit febrem, habet venenū,non né erit peſtilens?huius febris putredinē appellat Mercado putredinem ſordidam,quaſi putredo ſit vlcus?nec in cute apparentes maculę ſignificant praua qualitatem humoris nobis incognitā, quia hæc febris ſine alexipharmacis vllis ceſſat. Iā ſi lēticulę ſunt ſymptoma, quod ad ſe nō trahit curationē,cucurbitulę, ſudorifica medicamēta,frictiones,& alia nō nè erūt inutilia?in principio enim morbi ſi applicentur,augēdo obſtructionem, putredinem etiā augebūt. Octauo methodi. Si in principio quando apparēt pūcticulæ ijs non vtamur,quid poſteà proderunt? curanda ergo eſt febris hęc punctícularis,ſicūt alię febres continuæ. Primū,victum in ea conſtituentes habita ratione viriū,& ſtatus morbi. Abſurdumque eſt, & prętor experientiam affirmare, vires in hac fe-

bre ſtatim in principio à malignitate humorisdebilitari. Alimenta etiam adſtringentia quæ exhibent inſperſa pulueribus & margaritis anſtringentibus,maximè lædunt,obſtructionem augendo.Iam ſtatim in principio ſanguis mittēdus eſt, non ob plenitudinem,vt hi ſentiunt,ſedvt reuellamus humores fluentes ad focū. Sanguine miſſo, ad obſtructionem veniendum eſt, eam aperientes attenuantibus medicamētis:exdecocto borraginis,cichorij,capillorum veneris,cum oximelite,ſyrupo borraginis,& ſimilibus.Aperta obſtructione,ſi natura rectè euacuat,nil efficiendum,ſiverò non euacuat,aut diminutè, tunc oportet purgare:& tandem potu aquæ frigidæ febris curāda.Vſus alexipharmacorū nullus eſt,imò hęc quocunq.tempore nocēt, quia ſunt craſſa,&obſtruentia,nec habent in hac febre qualitatem contrariam. &c. hęc eſt Pauli Peredæ huius affectionis medela,qua fœlici ſucceſſu ęgrotātes curari in illa Valentina ciuitate,aſſerit. Nec mirū eſſe,multos in betica regione mori ,cū prauè curentur:imò tota medicorum curatio ex inſtituto videtur illi excogitata ad homi-

hominum pernitiem. Ex quibus nos reſecabimus noxia quædam, & præſtigioſa, vt ſimul veris (quorum probatiſſimam experientiam habemus) firmam fidem conciliemus. Quæ igitur ex his probabilitate, vacant, mox ſigillatim refutabimus, ne hallucinari eos contingat, qui cuncta hæc incautè & ſine delectu delibauerint. Ac primo, operęprecium me facturum reor, ſi quoq. quæ doctiſſimus Valleſius de curatione huius febris docuit, (aduerſus quem Pereda calamum ſuum direxit) compendioſè annotauero. Septimo epidemiorũ comm. 78. ſic habentur: dubitatum de hac re plurimum eſt à noſtris medicis, vbi primum hoc ſymptoma malignarum febriũ cæpit apud nos frequentiſſimum, eſt verò per totam hiſpaniam, ex quo per multas illius partes cępit graſſari peſtis, quæ cũ quĩ decim ferè annosiam durauerit, non dum deſtitit. Vocatur hoc ſymptoma vulgari nomine tabardillo. Dubitatum verò eſt, vt dixi, an à pharmacis in eo malo eſſet abſtinendum. & primum quidem omnibus ita videbatur; & agendum poſt miſſionem sãguinis, frictionibus, cucurbitulis, cũ ſcari-

ficatione,& ſine ea,& potionib⁹ alexiphar macis,& diaphoreticis, quod cenſeretur, eſſe ſymptoma febriũ malignarũ,(vt reve ra eſt)vbi verò venenoſa eſt qualitas ſuc corũ,timeri debeat ad internamotus,iuua re verò ad externa:& vacuationes profuſę malé ferantur:ob periculũ languoris. Ve rum,vſus iam indicauit,miſsiones ſanguinis ſatis magnas in principijs harũ febriũ eſſe neceſſarias: & alui ſubductionesvtiles tametſi nec per ſcamonium,aut aliud eiuſ modi,ſed per mitiora medicamenta,(quo rum noſtro ęuo plurimavbique eſt copia) aut acriores cliſteres. Nec ſanè ratio re pugnat,nã tales febres pendent ex malig nis & multis,atq.adeò craſſis:& hæc eſt ma xima difficilis curationis cauſa. Quia enĩ maligna ſunt,vrgent,quia multa & craſſa, lõgorẽpore indigent,vt ſoluantur. Vix au tẽ eſt vlla facultas,quæ plurimũ vrgẽtem morbũ poſſit diù ſuſtinere. Cũ prȩcipuè in talibus maximè omniũ repleri ſoleat ca put:quia ebuliẽtib⁹ ſuccis ob malignã pu treſcẽtiã erũpũt potiùs illa exanthemata, quã(vt vocatæ variolę)vi facultatis expul tricis. Eadẽ autẽ ebulitio facit repleri ca-

put,

ut,primò vaporibus,deindè ſuccis biliosis poſtremò etiam craſſis. Opus ergo eſt ante omnia mullitudinẽ deponere miſſione ſanguinis,quia non aliter quã ea depoſita,poteſt corpus ventilari. Quoniam verò tãtã miſſionẽ sãguinis,quãta ad totãde ponẽdã eſſet opus,facultas,prçcipuè malignitate labefactata,ſuſtinere non poſſet, ſubductione per aluũ opus ſit,ea enim eſt ſecũdo loco magna vacuatio pro multitudine deponẽda: quę etiã id habet boni,ꝙ à capite reuellit. Ne ſint autẽ fortia medicamẽta ob febrilẽ ardorẽ, ſed moderata, &aſſidua ſubductio alui. In quẽ vsũ quam plurimis nõ ſine magnavtilitate,cliſterẽ a crẽ,mòx à miſſo ſanguine,antequã perturbatio & lypopſichia quæ pleroſq. taliũ inuadit,cõquieſceret, iuſſi infundi: cõmoti enĩ tũc &agitati ſucci abũdãter invẽtrẽ ſe cedũt. Poſt hæc,frictionibꝰ cũ re aliqua extergẽte,&porosd̃ obſtruẽte,vt hordeacea farina,& inũctione laxãte cutĩ,vt chãmęlino: & cucurbitulis,& ſcarificationibꝰ iuuãtur. Nõ quod eã eruptionẽ exanthematũ cenſeã iudicatoriã,& od id iuuandã:(.Plerumq. enim eſt merè ſymptomatica, ſine

facultatis expultricis opera, ebuliendo fa
cta)sed quia maligna vtiliter euocãtur ad
cutim,postquàm maior pars per euacua-
tiones est educta. Hactenus Vallesij censu
ra. Qua in re & nostram addere, nõ graua
bimur,in studiosorum gratiam. Nõ est au
tem,quòd quempiam mouere debeant a-
liquæ absurdæ assertiones Peredæ,aut cu-
iuspiam alterius,vt potè quæ sint nullo fũ
damento fultæ. Quas sic breui dilues. Prin
cipiò,quod asserit,maculas,quæ incute ap
parent,non esse exãthemata,quia nõ sunt
tumores,vanum prorsùs est. Quippe gene
ris est exanthematis nomen, quamcunq.
efflorescentiam incute designans,àverbo
Ἐξανθέω, quod interpretatur efflореo. Vel
à verbo Ἐξανθίζω, id est coloro. Sic etiam
ectymata seu papulæ dicuntur a Gal. lib. 3.
epidemiorum sectione tertia. 54. de ijs quę
sponte in cute extuberant, siuè exulcera-
tiones, siuè tumores, siuè maculę. Minimè
autem reduci possunt ad vtiligi nem pun-
cticulæ, vt arbitratur ille, nàm vitiligo fæ-
dus cutis color est, ex malo particulæ habi
tu proueniens, nutrimentum benè assimi
lare non potentis, vt Manardus lib. 7. epist.
se-

febris à vitio nutricis facultatis proficiſci, quisſanę mentis credet? proindé palā quo que eſt, nō eſſe ſymptoma ebulitionis tuc corum, & nullo pacto à facultate expultri ce factum, vt ſibi perſuadet doctiſſimus Valleſius, nam ſi hoc eſſet verum, puncticulę multo magis fierent in alijs ardentib⁹ non malignis, in quibus feruor & ebulitio eſt longè maior. Potiùs igitur à natura expultrice fiunt huius febris puncticulæ, trudente ad cutim veluti cineritium maligni ſucci, quod ex ebulitione efficitur. Sic inſebribus peſtilentibus ob eandem cauſam exanthemata in cute fieri, Galenus profitetur lib. 5. methodi cap. 12 Porrò huiusfebris punctiularum eruptio, rariſſimé iudicatoria eſt vacuatio, ſymptomatica verò plerunq. eſſe ſolet, vt aſſidua nos docuit experientia. Non ab efferueſcētia merè ſymptomaticè ſine opera naturę, ſed á natura inuerſo ordine expellente, nempe crudo morbo exiſtente, quia nimiū irritatur. Ac ſi malignus eſt ſuccus hanc febrem excitans, latentiq. malignitate prędituſ, ecquid maioris malignitatis ratione, non licebit quandoq. eū veneno ſimilem dicere? & ſi

res ita ſe habet,cur,quæſo, affectionẽ iſtã peſtilenti finitimam interdũ non iudicabi mus?quandoq.dico,nam lõgua aſſiduaq. nos docet experientia, nec quolibet tempore,nec vbiq.locorum æqualiter iſtum morbum ſæuîre:ſed pro temporis & loci ratione,eius malignitatem ſimiliter varia re. Non eſt autem peſtis aliud niſi epidemi cus morbus plurimos perimens;&vt com muniter accidit, ex puncticulari multo plures euadunt,quam intereunt: ſi peſtilens non ſit cęli ſtatus. Quandoq.autem febris hęcviſa eſt,adeò ſęuire,vt finitima peſtilenti rectè iudicata ſit. Obijcit,nullum eſt ſignum venenatę putredinis,quia tunc febris hæc multos interficeret. Quaſi verò morbus is ſatis honam hominum partem per totam ferè Hiſpaniam non abſtulerit? eſt ergo eiuſmodi febris maligna, hoc eſt, quæ proficiſcatur ab humoribus maligna putredine infectis, deterrima in proceſſu morbi excitantibus ſymptomata: & ſi ſępè ad initia facilis & mitis medicò ſe prębeat. Quandoquidem &ſi coctionem oſtẽdat humor,febrem tamen præter euidentem rationem fouet, & producit, & tandem

dem clandeſtinis inſidijs oppugnat. Morbus igitur ille malignus dicēdus eſt, cuius natura & affectus nequeunt ad manifeſtas cauſas redigi. Subinde facilè intelliges, ſta re poſſe, vnum morbum eſſe fortem & ve hementem, ſed ſalubrem: & alium eſſe ma lignum & letalem, & minimé vehementē. autor eſt Gal. tertio de criſibus quarto. Per cipies identidem, ideò febrem hanc eſſe malignam, quòd optima apparente vrina aliquādo, & mitiori febre ad initia, poſteà aliqui é vita decedunt. Cuius rei ratio ſit, quia non in manifeſta & intenſa, ſed in maligna & latēte putredine is affectus tūc temporis cōſiſtat. Malignam denique putredinem voco eam, quę licèt non ſit intē ſa, tamen ſtatim corrumpit ſubſtantiam; & euertit ſpiritus, vbi attigerit principes partes. Nec verò ijs volo, malignam putredinem cum intenſa nuſquàm copulari: ſed rationem malignitatis non conſiſtere in intenſione, ſed in proprietate occulta, omnino noſtræ naturæ infeſta & contraria. Anxietates ergo & anguſtiæ maximè affligentes valitudinarios in hac febre, apparentibus etiam probæ co-

probæ coctionis ſignis, manifeſtè indicant quandam latẽre malignitatem, quæ præter euidentem rationem & praua ſympto ma & mortem inferre poteſt. Proindè om nino falſa eſt Peredæ ſententia, iudicantis ſolũ febrem hanc eſſe mali moris, hoc eſt quę fit ex inæquali humore, qui non ita facilè coquitur: & nullũ habere ſignũ putre dinis malignæ ſeu venenatę, quia tũc mul tos interficeret. & quia hæc febris ſine ale xipharmacis vllis ceſſat. Etenim ſi apparẽ tibus coctionis ſignis interficit, non erit ſa nè pernities hæc ad difficilem coctionem humoris reducenda. Anxietates & angu-ſtię & λιποψυχίαcũ eiſdem coctionis indicijs, malignam putredinem arguũt: quę ta men ſymptomata ſępé in eo malo copulã tur. Quod ſi malignitas vehemens eſt, plu rimi pereũt, & tũc temporis falſum eſt aſ-ſerere, hanc febrem ſiné alexipharmacis vllis ceſſare. Addit tertio, ſi pũcticulæ ſunt ſymptoma, quod ad ſe non trahit curatio nem, cucurbitulæ, frictiones, & alia nonnè erũt inutilia? reſpondendũ, frictiones & cucurbitulas poſt vacuationem iuuare, non quia ea eruptio exanthematũ iudicatoria

cen

ſenda ſit,& proinde iuuanda:ſed,vt Valleſius docet, quia maligna vtiliter euocantur ad cutim,quia remouẽtur à præcipuis & intimis ſedibus. Accedit,quòd ob ingruentem paraphrenitidem,phrenitidem,lethargũ,& cataphoram,reuulſionis gratia ſunt neceſſariȩ in eo malo cucurbitulæ. Porrò poſt vacuationem itidẽ frictiones commodiſſimè adminiſtramus, totũ corpus,ab inferioribus incipientes, linteolo ex chammæmelino calido inũcto,moderatè confricantes. Nã & iſto rarefacere totũ corpus expedit,vbi priùs fuerit vacuatũ in putridis febribus alijs, Gal. teſtevndecimo meth. nono. Nempe,innoxiè rarefacit,prohibitamq. tranſpirationem ex denſata cute tollit. Quam obrem nihiloſeciùs reijcienda itidem eſt Augenij ſentẽtia,lib. 10. de ſang. Miſſione cap. 24. aſſerentis,vbi pũcticulȩ ſtatim in principio morbi apparuerint,quo tempore nihil rectè monere naturam cognoſcimus,abſurdũ eſſe malos illos motus adaugere,& naturam malè operantem imitari. Proindè(ait)ſymptomaticè apparentibus illis, nec retrouocandȩ ſunt,nec prouocandȩ, ſed ſinendũ naturã

ſic

ſic operari. Hucuſq. doctiſſimus ille vir. Cęterùm, nosaliter eſſe operandum, pace eius dixerim, arbitramur. Nam dū in principio cucurbitulas apponimus, & frictionibus vtimur, nobis eſt animus imitari naturā in motione de intimis ad extima, quę licèt ſymptomatica ſit, in malignis præſertim affectionibus ſolet eſſe cauſa vtilis, ſi ſit effatu digna. Atqui, vt ipſemet Augeni⁹ prudenter fatetur, non eſt verū, ſymptomaticos omnes motus eſſe inhibendos, ſed expedit aliquando adiuuare illos, cū fiūt per conuenientem regionē, aliquo cū cōmodo ægrotātis. Sunt profectò omnes vacuationes ſymptomaticæ mala ſigna, non tamen omnes ſunt malę cauſę, ſed iuuant aliquando: vt fuſiùs ſupra in hac Apologia explanatum eſt. Imitamur ergo tunc probè naturā in motu ad externa vtili, etiam ſi ſymptomaticus is motus ſit. Capiti, dum expedit, oxirrhodinū, & cordi epithemata intrepidè admouemus. Nimirū, in peſtilētibus affectibus vſui maximo ſunt extrinſecus cor firmantia, ex claſſicis autoribus: proindè, mea ſententia, nō ſunt laudandi aliter hac in affectione operantes, vt potè

nec

nec experimento nec valida vlla ratione ſuffulti. Præclarius ſanè emolumētū acce dit ex cōfirmatione partiū principū, quā nocumētū ex aliqua cutis conſtipatione. Quātū verò ad venæ ſectionē attinet, quę ante omnia adminiſtrari debet, notādi sūt neoterici aliqui impenſè ab ſcopo aberrā tes. Quippe qui nō audēt venā ſecare, iāap parētib⁹ pūcticulis, etiā ſi morb⁹ vrgeat, & vires conſtēt: quòd ſibi perſuadēt, venæſe ctione prępediri eruptionē puncticularū. Porrò ſuū fundamentū prorſus eſt prociduū, & nullius momenti. Nā cū illa eruptio ſymptoma ſit, nō criſis, cōſtat, maiusiu uamētū ſequi ex venæ ſectione, quā incō modū ex repreſſione eruptionis. Atqui ve rè ſectavena eruptiopūcticularū (quā tāto perè laudāt) nō prohibetur: etenī protin⁹ cucurbitis & frictionib⁹ crebròvtimur. De errāt ergo qui profitētur, eruptionē pūcti cularū ſymptomaticā vī habere, prohibē divenæ ſectionē. Bifariā (reor) hāc in re cū alijs àvero dſciſcit Torcus, fo. 120. &. 121. ſi quidē pūcticulis apparētib⁹, niſi plethora adſit, venę ſectionē vetat: & 2. citra pletho rā nō dbere adminiſtrari sāguinis dtractio nē. Peccat

tamen vtrobiq.grauiter, vt ex præcedenti cenſura liquet; nam in putridis febribus non ſolũ plenitudo indicat venę ſectionẽ, verũ etiam & putredo ſeu corruptela humorũ, vt Gal.teſtatur artis medicæ cap.89. & nono methodi cap.decimo ad finem, & ſequenti cap.vndecimo. Quamobrem octauo methodi cap. 4. etiã ſi plenitudinis ſigna non adſint, imperat venæ ſectionem ad euacuationem putridi & vitioſi ſucci capacitate vaſorũ contenti: ſi vires valentes ſint, & morbus vrgeat. Præterea, in pũcticulari, apparentibus pũcticulis, irruit ſępé humor noxius & decũbit in partem principẽ, nẽpe in cerebrũ, & ob id inuadit eos paraphrenitis, lethargus, phrenitis, & cataphora, quę expoſtulãt ſanguinis detractionem reuulſoriam, ſi vires ferunt, etiam ſi plethora non adſit. Falsũ igitur eſt aſſerere in pũcticulari ſolũ mittendũ eſſe ſanguinem, dũ febris ſecum adiunctam habeat plethoram, non ſine ipſa. Porrò non minꝰ noxia cenſenda eſt eiuſdem autoris opinio, fol.121. ſic ſcribentis: igitur, ſi in alijs febribus in quibus plethora non adeſt, vel cum ſanguine humores non luxuriantur, ſan-

ſanguinem detrahere nõ eſt tutum(quod non in eo ,ſed in alijs ſuccis putredo ſit) quis dubitat, nec in pulicari febre ex vſu eſſe?nam cũ ſeminaria contagionis intrin ſecùs non fiant,ſed extrinſecùs veniant,ſiue per infirmi tractationẽ, vel aliter cũq. cuti agglutinentur,facta ſanguinis miſſione,facile creditu eſt,introrſum regreſſurã affectionem,rurſùmq.in peius omnia itura:quodvbi quidem plethora eſt formidã dũ non eſt.Hęc ille.Sed expendere is autor debuerat,Fracaſtorium(à quo hæc deceptoria deprompſit)aſſerere, lib. primo contagionum cap.duodecimo,& lib.3.ca. ſexto,nõ perpetuò extrinſecùs ſeminaria contagionis in hoc morbo accedere, ſed non rarò intrà corpus produci. & quãuis extrinſecùs contagionem accedere interdũ concedamus,quiſnam inficiari poterit modò ſanæ mentis ſit,magis ſeminaria intùs trahi,reſpiratione per os & nares,quã exteriùs per oſcila cutis?& licèt ſic quandoq. fiat Infectio per cutim,cùm iam humores intra venasinfecti ſint,(quod febris continens indicat)luce clarius conſtat,ſanguinis detractionem vſui maximo eſſe, vt

nempè ſic poſſit infectus ſanguis & putridus capacitate venarum contentus, commodæ vacuari: dum modo vires conſtent. Atqui de ijs vberiùs ſuperiori cenſura, quæ abundè ſufficere veritatis amatoribus non dubito. Sed & cunctis in propatulo eſt, venæ ſectionem ex gibbero primò trahere de intimis ad extima, nempè deve na caua ad venas brachij: deinde, ſucceſſionis ratione, vena caua à minoribus vaſis externis aliquid trahit ad intima. Cæterũ, tempeſtiuũ eſt, ad alexipharmaca progredi, de quibus addit Pereda, vſus alexipharmacorum in hac febre nullus eſt, imò nocent, quia obſtruunt, & non habent in hac febre qualitatem contrariam. Scire tamẽ hîc decet, ex Fracaſtorio tertio contagionum ſexto, ſtipticorum quędam eſſe craſſiſſimæ ſubſtantię, & ſummè adſtringentia, vt pontica & auſtera vocata, quales immaturi fructus, & ſorba: & corna: atque hæc quidem magis cauẽda ſunt, quia multum obſtruunt. Alia verò ſunt ſimpliciter acida, & modicè adſtringentia, vt acetum ſyrupus acetoſus, & de ſucco citri, aurantij, & limonis: quę ſecuriſſimè concedi poſſunt.

ſunt. Quantum verò ad pulueres ſpectat, & alexipharmaca, dicendum, quędam eſſe quæ facilè in farinam vertũtur, & bellè cũ liquidis coaleſcunt, vt margaritæ aliquæ, corallia, lapis bezaar ex oriẽtali india, cornu Rinocerotis, cuius plurimũ experimẽtum habemus, & monocerotis, ſi inueniri poteſt, & bolus armenia orientalis, & omniũ prędantiſſimus lapis hyſtricis, vulgò, piedra de puerco eſpin: quæ non modò cauenda non ſunt, ſed maximè affectanda, quia antipathiam tum materialem, tũ ſpiritualẽ aduerſùs contagiones habent. Tũverò intermiſta humoribus, alia ratione prohibent putrefactionem eorũ. Propter tenuitatẽ autẽ ad quã redacta ſunt, maximè ſi exigua quantitas propinetur, vt fieri ſolet, & ex ijs ſint quorum adſtrictio moderata eſt, nec obſtruere inſigniter poſſunt, nec expulſionem vllam impedire; prędertim ſi in ſyrupo aut apozemate aperiente deuorentur. Qua ratione ductus Galenus libro nono ſimplicium, in peſtilenti febre bolum armenicam orientalem ſummis laudibus ornat. Adde, quod is affectus malignus eſt, & contagioſus; eſt

enim contagio,nihil aliud quã corruptio inſenſibiliter tranſiens ꝺvno in aliud:proindè peculiaris ei debetur dicta curatio alexipharmacorum,quæ contagionis ſeminaria domare poteſt. Occulta enim malignitas,non niſi occultam antipathiam,quæ in ijsmedicamentis inuenitur,expoſcit.Expendant tandem,qui execrãtur alexipharmaca in hac febre propter adſtrictionem, Gal.noſtrumvndecimo methodi decimo ſexto,vacuo corpore in febribus putridis, laxantibus & aperientibus mediocriter ad ſtringentia ventriculo ac iecinori methodicè miſcuiſſe.Porrò in propinatione alexiteriorum ſummoperè obſeruãdum,laudandumq.eorum conſilium, qui ex Zoaris Placito,primo Theiſir cap.1.vacuo vẽtre ea ęgrotantibus offerunt. Quam obrẽ non probo,quod miſta cum cibis diglutiãtur,amittitur enim, aut hebetatur eorum vis ciborum permiſtione.Laudamus etiã eos,qui mòx in principio in malignis affectibusilla propinant. Quo enim moroſius ſumuntur,eò contagionis ſeminaria magis ſeſe inſinuãt,malignaq.qualitas increſcit,quæ poſteà tandemvix aut nullo pacto

frenari poteſt. Quò citiùs autem maligna ſuccorum vis infringitur, eò efficacius cæ tera præſidia ſuũ opus complẽt. Præterquàm quòd partes principes egregiè firmant. Tandem magis probamus illa, quæ tum manifeſtas, tum occultas qualitates habent, putredini malignitatiq. peccantis ſucci maximè contrarias. De purgatorijs pharmacis vſu comprobatam habemus Vàlleſij ſententiam retrò allatam. & quia materia multa eſt, & maligna ſeu vrgens, ſtatim ante ſeptimam diem poſt venę ſectiones benedicta expurgantia propinamus: prę ſertim illud prę alijs laudatiſſimũ quod per infuſionem agarici & ſyrupum roſatum ſolutiuum fit. Quòdſi contingat, id ante diem ſeptimam non fieri, poſt illã tutò etiam expurgationem moliri poteris niſi alia obſtiterint. Nimirùm, lib. tertio epidemiorum ſectione tertia in hyſtoria Simonis, exanthematis per cutem ſparſis, exiſtente tamen plurima cacochymia invaſis laudat expurgationem Gal. & ſi trahat de extimis ad intima: etenim minimè veretur hęc tractio, abundante in vaſis internis cacochymia. Sed multò magis eſt laudan

dum medicamẽtum purgans in puncticu lari quòd punctícularum eruptio(vt dixi- mus)rariſſimè decretoria, & ferè ſemper ſymptomatica ſit: & proindè contemnen da eſt, ſi ſit exigua. Atqui cum expurga- tio ſit reuulſorium auxilium affectio- num capitis,(Galeno teſte tertio decimo methodi capitulo duodecimo) quæ cre- berrimè ſolent in hac febre accidere, eo nomine vtilis etiàm &proficua cenſenda. Nec verò hac in re citrà delectum omni- nò inſequendam eſſe doctiſſimi Mercati ſententiam,iudicamus, inter ſeptimam & decimam quartam diem ſic affectos ar- cẽtis à purgatorijspharmacis,niſi aliquod ſuperueniat ſymptoma expurgationẽ po- ſtulans. Nam cùm punctícularis febris ſuc cus malignus ſit,nullatenus differre opor tet eius expurgationem,ſed ocyſſimè poſt ſanguinis detractiones exercenda. Atque etiam non expectata coctione,cùm mate- ria turget,aut morbus vehementervrget, antequàm maligna cacochymia in partẽ aliquam principem feratur,.& decumbat. Proindè ſi ante ſeptimam diem expurga- tionem facere non potuiſti,maximo iuua

mento

mento in proposito casu octaua die, decima, aut duodecima expurgationem moliri poteris. Vbi natura tunc temporis aut nullo pacto excernit cacochymiam, aut intra modum & languidius. Cæterum, si materia non turget, nec morbus vrget valdè, sed aliquas inducias præbet, præstat cõ coctionem expectare, quod interdum fælici successu in praxi obseruamus. Quod si vitiosi succi in caput fluant, & excitent relata capitis symptomata, quę potissimum inter septimam & decimam quartam inuadere solent, ex hibitio expurgatium reuulsionis gratia magis tunc erit vsui; etiam si morbus crudus sit; nam reuulsoria purgatio non exposcit concoctionem, sed exercenda est in principio, & quãdo magis fluit humor, Gal. teste quarto acutorum. 64. &. 76. Cuius occasione, vidimus aliquos è vita decedere in hac Abulensi ciuitate. Medici nimirùm consilio dicto ducti, exiguis pauciſque puncticulis quibusdam in cute apparentibus, pharmaca expurgantia formidabant inter septimam et decimãquartã diẽ: ex quo decũbẽte posteà maligna cacochymia in partẽ principẽ, mors

ſubſequuta. Solùm ergo doctiſſimi illius viri ſententiã eſſe verã iudicabis, vbi natura aut ſufficientem vacuationẽ criticã tũc temporis tentat, aut per expulſionem puncticularũ id facere moliatur, & ob id iã nimis per cutẽ diſperſa ſint ſeminaria; quod rariſſimũ eſſe, ſuperiùs diximus. Aut dũ parum vrgente morbo, concoctionem præſtolatur: ac tunc nec ante ſeptimam expurgandum. Notauim' ſub epilogo cãdide lector, quęcunq. in ſcholijs Peredæ occurrerunt, in quibus aliter atq. ille ſentiendũ iudicamus. Non minori autem venia illum carpimus, quam ipſe in iuſtè reprehendit eruditiſſimos alios viros. Hac igitur lucubratiuncula fruere, non quaſi præclaro opere, ſed veluti quodam monumento tui gratia, tuendæque & fulciendę veritatis edito.

Laus Deo.

QVIBVSDAM REI MEDICÆ studioſis efflagitantibus dubiorum illuſtrationem de quartana febre, atrabile pure, & phrenitide : Petrus Vaezius Luſitanus. S. D.

IMpuliſtis crebra efflagitatione, & quotiana etiam moleſtia, ſtudioſi iuuenes in re medica impenſè eruditi, & meæ laudis admodum cupidi, vt ad vos viros ſané, neſcio, vtrum doctiores an humaniores literas darem, quæ beneuolē tię & familiaritatis aditum patefacerent: & ſimul quicquā arcanū ex penetralibus noſtræ facultatis illuſtrarēt. Verū, animus imbecillitatis meę conſcius vehementer reformidabat, nè mihi quaſi turdus pernitiem peperiſſem. Diuſculè verò penſitantem humanitatis veſtræ ſpes magnopere impulit, vt aliquid ſeriū, ſolius veritatis habita ratione, ad vos ſcriberem, quo & vobis placere, & mihi alijq. multis prodeſſe poſſim. Ecce dū hoc molior, commentaria quædam doctiſsima in prognoſticum Hipp. ad me deferri, iuſsiſtis: quę cū oppi-

dò quàm libens & auidus lectitarem, ſtudioſiuſq. etiàm retractarē, videbar planè, quēpiā ex veteribus illis, quorū monumē ta ſuſpicimus, cōtēplari, vel muſas ipſas alternatim cōcinētes audire. Egregia obiter ſeſe mihi obtulerūt exactè diſcuſſa, diſertèq. interpretata, alia ex Gal. penu ita appoſitè deducta, vt nil vtilius iucundiuſq. expeti poſsit. Dū tamē cūctatiùs per iſtū amenſsimū hortum expatior, paucula quędā offendo, quæ, vt potè à communi ſententia claſsicorum prima ſpecie deuiantia, acriorem limā vberioremq. interpretationē videbantur expoſtulare. Proinde hinc arrepta diſceptandi occaſione, eadem protinus ad vos mittere decreui, vt manu ſecunda elaborata exactiùs à nobis explicentur, & ſubindè non pauci rei medicæ ſtudioſi ab ſcrupo liberentur. Etenim ſi ea quæ ſeria ſunt, & difficilia, in diſputationem ſæpè vocare decet, (quippe quæ cribrū veritatis ſit habita) reor, facilè ignoſcent omnes, (quæ candidiſsimorū eſt humanitas) dū animi ingenuitate & candore, pauca iſthæc, non contradicēdi ſtudio, ſed veri exquiſitione appulſi ad veritatis ſtudioſos mittere audemus.

mus. Quamobrem, viri candidiſsimi, ſi quid ieiunũ incultũ ve& propé aridum in noſtris ſcriptis offenderitis, non contracto ſupercilio, non ſtoica, non deniq. rugoſa, quinimò læta & hilari frõte excipite: iudi cũ quippe officio functi, quidquid parum emũctũ, aut minus defæcatũ vobis viſum fuerit, è viſtigio abolêre poteritis, & in to tum expungere. Pro illuſtratione ergo illius controuerſiæ, num à bile aduſta excitetur quartana, doctiſsim⁹ Ioãnes Brauus lib. tertio prognoſticorum comm. vigeſimo octauo ſic poſteritatis memorię tradidit. Obijciet quiſpiam, nã ſi autumno, & ętate ſubſiſtẽte, ex humore qui ętatis tẽpore, & ętatis vigore ferbuit, aſſatus q. eſt, quartanæ febres cõſiſtũt, nõ eſt, quòd hæ facilimę & ſecuriſſimę cẽſeãtur. vt primo epid. ſectione. 3. textu. 4. dixit Hipp. cõſequẽs eſt manifeſtũ, nã melãcholia quę ex bile aſſata aduſta q. efficitur atrabilis eſt, à qua, docẽte Gal. lib. de atrabile cap. 3. omnes qui gignũtur morbi, exitioſi ſunt, & peſtiferi. Huicverũ tamẽ obiectioni ſatisfaciemus, ſi dixerimus, Gal. in prçſentia nõ velle, bilẽ flauã æſtatis tẽpore trãſire in melãcholiã adu-

aduſtione,ſed humores benignosaſſari,& inflauābilē conuerti,quę deinceps autūno ſuperueniente,refrigeratur,& in melācholiam conuertitur:nam hæc deinceps ex bile quæ genita eſt, fit, non,inquam, aſſatione,ſed extinctione & refrigeratione. Ex quibus liquet,erraſſe Trallianū, dum lib. duodecimo capite octauo inquit,quartanam aliam ex flauabile nimiū aduſta, aliā ex fæculento ſanguine naſci. Quę ſententia Hipp.& Gal.aduerſa eſt,dicētibus,quartanam longam quidem eſſe,ſed haud quaquā periculoſam.Talis autem eſſe nō poſſet,ſi exflauabile aduſta aſſataque originē traheret:cùm Gal.autor lib.de atrabile tertio,peſsima atrarum bilium ab hac bile ſuper aſſata naſcatur, à qua nullus ſalubris morbus emanat, ſed omnes pernitioſiſsimi & letales.Hactenus ille. Quibus ,quòd à flauabile exuſta aſſataque non excitetur quartana, aduerſus Trallianū contendit. Quaſi verò ſolus Trallianus huius ſententiæ autor extiterit,& non alij autores claſſici?ſed ſciant velim,qui iſtam profitentur opinionem,flauambilē exuſtam non ſemper atram bilem exactam fieri,(de qua loqui-

quitur Galenus,lib.de atra bile tertio, dū aſſerit,exactæ atræ bilis generationem exi tiamlem eſſe)ſed ſæpe non exactam atrā bilem generari.quæ mitior eſt,vt inferius probabimus,& quartanam febrem non ra rò facit.Ac eruditiſſimus noſtras Thomas Rodericus a Veiga in commentarijs in librum tertium de locis affectis cap. quinto ita quoque ſcribit:quartana verò, ſicùt & febris ex putrente ſanguine, mites morbi idcirco ſunt,quia ab atra originē non trahunt(intellige ab atra exacta)ſed à melancholicoſucco,qui dum putret,tractu in atram deſciſcere poteſt.&c. Quę ſententia niſi cum diſtinctione dicta intelligatur,oſtendam luce clarius,palàm autoresclaſsi cos ſenſiſſe contrarium.Nimirum,Galeni verba tertio aphoriſmorūvigeſimo ſecundo ita leguntur: quin etiam quartanas febres autumno fieri,ait,quæ ex atrabile ortum habent:geminam& ipſa generationē ſortita,alterā ex flaua bile retorrida & pervſta,alteram ex craſſo ſanguine. Hæc Galenus. Quibusconſpicuum fit,Gal.docere nos,quod Trallianus aſſeruit nempe,ex retorrida & peruſta flaua bile quartanam in

ter

terdū excitari. Idē profitetur tertio de humoribus vndecimo, Rasario interprete. & sexto epidemiorum sect. 6. vigesimo primo, in recēs inuētis, aiēs: fortasse enī non d omni genere quartanarū facit verba: duplex enī quartana est, tū quę exnimia atrę bilis affatiōe oritur, quæ bilis acris est, prę cipuè si cōputruerit; tū quę ex fæce sanguinis putrēte gignitur. & Paulo post: hoc igitur loco eā quartanā intelligit, quę ex atra bile fit; ea enī cū plerūq. acris sit, breui tēpore perdurat. Tertio prognosticorū trigesimo: vt per tēpora calefactos estate admodū humores, & vt ita dicatur bulliētes necesse est, gignere atrabilariū humorē, quē excipiēs collectū in corpore autūn, vt potè frigidus, nequaquā patitur similiter extrorsū difflari, nec facilè vacuari, ita per ætates ætas inclinās efficit: nā quātū in ętatis vigore ferbuit humorū, atq. in atrā mutatū est bilē, id hæc difficulter discutiēs, febres potiùs quartanas cōmittit. Hactenus Gal. quæ iterū repetit tertio prognosticorū vigesimonono. Auicēnas prima quarti tract. 2. 66. & Rhazes 18. cōtinētis cap. 2. eandem Tralliani sentētiā amplectūtur. exquisita

quartana

quãrtana ſuccũ melancholicum extra va ſa putrentem pro cauſa habet, primo febriũ quĩto; proindéhæc omniũ lõgiſſima primo ad Glauconẽ octauo: nõ exquiſita verò non perinde lõga. Quaſi annũat, nõ exquiſitas quartanas ab atra bile aduſta & acri, & minus craſſa prodire. Arguit, erit ergo letalis hęc quartana, cũ ab hac bile atra acri & aduſta nullꝰ ſalubris morbꝰ emanet ex Gal. vt colligit, lib. de atrabile 3. & quia is Gal. locus eſt potiſſimum fundamentũ, cui innititur illa aſſertio aduerſus Trallianũ, placuit hîc Gal. verba illiꝰ loci referre, quæ, quãtũ reor, nihil cõtra Trallianũ probãt, & ita habẽtur: atq; idcirco atræbilis generatio exitialis eſſe videtur, vt quę atrohumore ſuper aſſato cõtingat. Multò verò hac profectò pernicioſior cẽſenda bilis atrà, quæ à flaua bile ſuperaſſata ꝓgignitur. quãtò nimirũ & humor humore efficacior ac ſtrenuior eſt. & Paulò infrà: ego verõ cũ ab adoleſcẽtulo apud Pelopẽ prçceptorẽ notas vtriuſq. humoris didiciſſẽ, tũ easper totã vitã meã ad idvſq. tẽporis obſeruaſſẽ ſemper exactæ bilis atræ humorẽ letaliter excerni, nigrorum autem vacuationem

non

nón infrequenter bonis auſpicijs fieri, cõſ
pexi. Satis igitur & hoc tantùm ſit, ad mu
neta artis cognoſci: eòque maximè, ſi cum
certorum temporũ diſcretione in quibus
excernitur, rationem percipias. Hucuſque
illius loci verba. In propatulo tamen ex
eis fit, non profiteri Gal. omnes affectus à
qualibet atrabile aduſta excitatos, toto
genere eſſe letales: ſed duntaxat eos, qui
qui ab exacta & ſincera atra bile producũ
tur. Ad hæc ſemper iſtam exactam atram
bilẽ letaliter excerni diſſertat. Quod pro-
cul dubio intelligit, (vt mox accuratius ex
eodem docebimus) de exacta atrabile an-
te morbi concoctionem excreta: nam quę
concocta eſt, prorſus exacta eſſe nõ poteſt.
Prętereà, generationẽ huius malignæ atrę
bilis exitioſam eſſe, fatetur. Quod etiàm
neceſſario intelligendum, de illa ſolùm a-
tra bile prorſùs exacta, quæ gigni ſolet in
morbis exitialibus, ſecùs de non exacta.
Nimirum, cùm illa exactiſsimabilis atra
ſit acerrima, cuius notæ deſignantur à Ga-
leno hîc, & lib. quarto aphoriſmorum vi-
geſimo tertio, quòd terram fermentat, aci
dum fœtet, muſcas abigit & vehementer
ſplen-

ſplendet,fit ſanè merito,vt morbos produ cat omnino exitiales. Nec enim potis eſt natura,paucis diebus ſuperare huius ſucci malignitatem,præſertim putrẽtis intrà ve nas vel in prẽcipuis ſedibus: Quin potius quia craſſa eſt,& exurens,facilè exedit par tes,quibus in hærere ſolet. Porrò non ob-ſtat hîc,Agenterij contra Galenum argumentũ lib.2.deſignis demonſtratiuis cap. ſeptimo,quod bilis aduſta cũ acris ſit,fieri non poteſt,vt ſit acida: nam acidus ſapor frigidus eſt,acris verò calidus. Nihil. (inquã)obſtat.Etenim ſecũdùm diuerſas par tes eſt acris ſimul & acida. Secũdũ tenuio res partes acerrima eſt ob empyreuma, ſe cundum craſsiores partes acida eſt, vt in aceto contingit. Vt igitur vnico verbo ve ritatẽ perſtringamus,bilis exuſta ſalubres quartanas febres non rarò excitare ſolet, vbi eius malignitas eò non increuerit, vt exacta & ſincera atra bilis dici poſsit. Nã hæc morbos lètales producit,illaverò nõ exacta nec ſincera ſæpè ſalubres.Ecquisve rò,quæſo,non videt, in temperamẽtis lap ſis,quæ ab exacta ſanitate exceſſere, ſæpè citrà noxam inſignem expectari non exa-

ctæ atræ bilis generationem? hanc etiã cõ muni appellatione atram bilem vocari à Gal. artis medicæ. 41. &. 59. & li. de humoribus in principio, & alibi ſæpe, cunctis in propatulo eſt. Sic ſanè multis diebus inno xiè capacitate vaſorum contineri ſolet bilis exuſta nõ putrida, nam eius acrimonia aliorũ humorum permiſtione vehementer retũditur: ob quam rem non exacta atra bilis fit. Cæterũ, nõnullos affectº diutur nos ab atra bile non exacta excitatos, ſæpe numerò curari & extirpari poſſe, non it in ficias Gal. vt incipientem & non dum firmatam inſaniam, & morbũ nigrum apud Hipp. 2. de morbis ad finem, in quo (quod magis horrendũ eſt) nigrum, acidum, terram fermentans, fauceſque adurens vomitur, & tamen vnà cũ ætate aufugit etiam morbus, vt inibi Hipp. refert. Nec enim illa quæ aliquas notas exactæ atræ bilis præ ſe fert, talis dicẽda ſimpliciter eſt, ſed quæ omnes notas habet, quas ſuperiùs retulimus, nulla prorſùs deficiente. Vt hinc liquidò conſtet flauam bilem aduſtam nõ neceſſariò atram exactam eſſe, ſed ſæpè non exactam. Ac quiſnam in arte medica

me-

mediocriter exercitatus inficiabitur, in diuturno morbo longissimæ intermissionis (qualis est quartana) posse multo faciliùs naturam, paulatim per intermissiones recreatam, non exactã atrã bilẽ vincere, subigere, & propulsare? præsertim cùm intermissiones in quartanis exquisitè purę videantur, quia quidquid atrę bilis extrà vasa fuerit accensum, exhauritur, atque dispergitur, secundo febriũ cap. quinto. Antecedens verò causa in vasis & foco putredinis, diu quiescens, contineri solet citrà insignẽ noxam: quòd eius acrimonia non parũ mitescat aliorũ humorũ permistione, & ob id atra bilis redditur nec sincera, nec exacta. Sic in tẽperamentis biliosis exustis eadem exusta bilis sæpé generatur, & spectatur. Verũ, diluamus sub epilogo aliam controuersiam in verbis Gal. citatis. Semper (ait) exactè bilis atræ humorem lętaliter excerni, cõspexi. Id intelligit, ante concoctionẽ morbi, non post coctionẽ. Etenim sic ipsemet seipsum interpretatur, eodẽ cõtextu adiũgens hæc verba: maximè si cũ certorum temporum discretione, in quibus excernitur, rationem percipias. Huius

dilutiones Gal.memor,libro quarto apho riſmorum vigeſimo ſecũdo, ſequentibus verbis dirimit controuerſiam:quoties igi tur poſt humorum coctionem humor aliquis vitioſus excernitur, tũc corpus à natura expurgatur,& proindè atra etiam bilis,& quiuis alius eiuſmodi humor, ſi quidem coctionis ſigna apparuerint, in morbi progreſſu bonam vacuationem ſignificant:aliàs ſi excernatur ſine coctionis ſignis,exitioſum eſt ſymptoma.&c. Subſcribit huic ſententiæ diſertè Aëtius,lib.3. ſermone primo cap.43.aiens:ſiverò dyſenteria ab atrabile initium ſumat, ſi quidem ratione iudicationisfebrilium morborum atra bilis excernatur,tranſituq. ſuo inteſtinum diſtendat,etiam hanc curare non deſperamus.Si verò ſua ſponte nullo præcedente febrili morbo, nec concoctione bona apparente,atra bilis excernatur, immedicabilis dyſenteria ab ea orta exiſtit,nihil que à cãcro exulcerato differt,eſt que omninò letalis.Quæappoſité difficultatẽ abſoluunt,&illuſtrant.Non diffitemur tamẽ rarò admodum exactam atram bilem cõcoqui poſſe,ob eius vim & acrimoniã ma

ximam,quæ ſi coquatur, iam exacta atra bilis non eſt:proindè rectè lib.de atra bile citato tradidit Gal.ſemper exactè bilis atræ humorẽ letaliter excerni.Sed ad controuerſiam de quartana, vndé digreſſi ſumus,redeuntes,adijciamus,periculum affectionis,ſi in aliquo,maximè in aſſiduita te acceſſionum & ſymptomatum contineri, quarto aphoriſmorum quadrageſimo tertio:ex quo euidenter patet, quartanam febrem toto genere eſſe ſalubrem,& minimè exitioſam, etiam ſi interdùm à prauo ſuco(qualis eſt exuſta bilis) ortum contrahat.Niſi fortè alius vehementior affectus ei adiũctus ſit,aut virium imbecillitasmaxima poſt acutos morbos. Quippè prauus is ſuccus à partibus principatum obtinentibus ſemotus, vt in quartana contingit, nõ perindè grauia infert ſymptomata,ob allatas cauſas.Licèt ęquè mitis non ſit, & minùs vacet periculo hæc quartana, et ſi ſit breuior.Poſtremo,quòd à bile retorrida & peruſta excitetur aliquando quartana,vltrá claſſicorum autoritatem, & rationem,eſt etiam experientia.Etenim ęſtatis tempore,ſæpenumerò tertianas febres de

generare in quartanas æſtiuas conſpicim⁹ antequã ſuperueniat frigus autũni. Palã ſanê eſt,à bile retorrida,&vi eximijcaloris peruſta tales eſtiuas quartanas ortũ duxiſſe.Id Gal.autũno etiã fieri, in aphoriſmis teſtatus eſt,& cũ Tralliano Auicenna,prima quarti tract.2.67.ſic ſcribens:& ſi fuerit melancholia cholerica, tunc tibi ineſt, vt adminiſtres infrigidationẽ & humectationẽ.& prẽcedenti capite de ſignis quartanæ ſic:& in illa quę eſt à cholera aduſta, pulſus eſt vehementioris velocitatis& frequentiæ,& incipit cũ horripilatione & frigore in carne,& ſiti,& ſudore:& quãdoq. fit ira,& inflãmatio,& ſignificãt ipſam forma,tẽpus,& ętas:& quod ipſa ſit ſucceſſione febriũ cholericarũ. hęc princeps. Sed hac cõmuniſsima ſententia ſic firmata & cõprobata,aliud non minoris momẽti expendere erit operęprecium. Nã quod ex flaua bile refrigeratione & extinctione,ſu perueniẽte autũno, non fiat bilis atra (vt opinatus eſt Brauus)ſed vſtione retorrida & peruſta,mihi conſpicuũ eſſe videtur.Id quod conſentaneũ admodũ eſt Galenicis monitionibus,quippe qui ſemper hãc ſpe

ciem

ciẽ bilis atræ vſtione flauæ,nõ extinctione innumeris locis ſuę doctrinę tradiderit fieri.Sed multò euidẽtius ex ſucco ôniũ calidiſſimo,nẽpè ex flaua bile extinctione & refrigeratione atrã bilẽ nõ fieri,ratio conuincit.Nã niger color à cauſis prę̃aturã in corpore humano factus, aut eximij caloris adurentis,aut extremę frigiditatis cõſumatã extinctionẽ facientis ſoboleſt Gal.teſte,li.2.prognoſticorũ. 19.atqui omniũ calidiſsima flaua bilis, nõ poteſt intra humanũ corpus viuẽs à vehemẽti frigore externo extinctione nigra reddi,quin alia omnia qnæ inibi ſunt lõgè minuscalida, priùs refrigerẽtur,nigreſcãt,& extinguantur:quod viuẽte animali fieri nullo modo poteſt.Falsũ igitur eſt,flauã bilẽ,viuẽteho mine refrigeratione & extinctione in atrã bilẽ cõmutari poſſe, citra vllã aduſtionẽ. hûc forte Auicẽ.reſpiciẽs,prima primi doctrina 4.primo,melãcholia(inquit)nõ naturalis nõ eſt admodũ hypoſtaſis & fęcis: imò eſt ad modũ aduſtionis & cineris. Acri°hîc ex eodẽ Auicẽ.obijcere quiſpiãpoterit,prima primi doct.4. cap.2. ita dicẽte: &frigiditas multũ ſupflua generat melãc.

ter ſuperfluitatem congelationis.&c. Reſpondendum,ab intenſiſſimo frigore externo congelante,melancholiamfieri,ſanguine videlicèt concreto & congelato:eodē Auicenna teſte,ſexta quarti cap.de morſu canis rabidi. Quippe ſanguis ad nigredinē ob concrectionem à frigore proclius maximè eſt:& item ex modo ſuæ ſubſtantiæ facilè à frigido cōcreſcit.At bilis flaua ob acrimoniam caloris, & modum ſubſtātiæ ſuę tenuiſſimę,à frigido, viuente homine, ita congelari,vel extingui nonpoteſt,vt in totum hac de cauſa nigra reddatur:ob eui dentem allatam rationem.Sicuti etiā partes ventris,viuēte homine,adeò rigère ne queunt,vt cibi &potus congelentur: Galeno teſte,ſexto epidemiorū ſectione quinta vigeſimo ſeptimo.Adde etiam,nam frigiditas autumni(quam Brauus ſtatuit cauſam huius melancholiæ ex refrigerata flaua bile)non adeò intenſa eſt,vt valeat extremam refrigerationem calidiſſimę bilis efficere:atq.ita demùm extinguere, vt extrema extinctione fiat atra.Apud ægytios, perſas,indos,& afros bilioſæ febres de generant in quartanam,adueniente autumno

no nimis calido,& nunquā impenſè frigido;num cēſendum erit, in ijs melancholiam,ex qua fit quartana,á bile flaua generari nō aduſtione,ſed(vt aſſerit) extinctione& refrigeratione?poterit tamen quiſpiā obijcere Hippocratem, tertio acutorum 38.aſſerentem,acetum mutare bilem in pituitam:poterit ergo eadem bilis refrigeratione & extinctione pari ratione mutari in melācholiam.Sed(vt alia omittam) nihil concludit hoc argumentum.Volunt quippe probati interpretes, non profiteri ibi Hipp.vſu aceti bilēverè mutari inpituitā: fieri enim id ab aceto nōpoteſt,cū ſemper bilis ſiccus humor maneat:ſed quod vſu aceti bilis excandeſcentia & acris calor ita obtunditur,vt pituitę quadātenus ſimilis appareat.Non tamēn inficiandum eſt nobis,exiguam portionē bilis per permiſtionem multæ pituitę aut melancholię,poſſe conuerti in pituitam aut melancholiam, miſtionis vi corrupta bilis forma:ſicuti etiam exigua aquæ portio multa bile cōmiſta,verè in bilem aqua vertitur,vt Hippocrates tertio acutorum.40.videtur profiteri.& ob id aqua bilioſis quandoq. eſt bilio

ſa. Nuſquã tamen per ſolam extinctionẽ &refrigerationẽ bilis flaua aqquiret nigrũ colorẽ, quin priùs viuentes partes in eodẽ corpore minus calidæ priùs nigreſcant, extinguantur, & moriantur. Relegatis itaq. alijs interpretationibus, quas apertè rerũ euentus refellit, cenſendũ nobis erit, atrã bilẽ non exactam, quæ humorum vſtione fit, quartanam febrẽ ſæpe producere, dum extra vaſa putreſcit. Bilem autẽ aduſtã intrepidè cũ Gal. Tralliano, & Auicẽna aſſerimus, pari ratione quartànam febrẽ quandoq. excitare, vbi inibi putreſcens bonam empyreumatis partem iam reſtinctam habet. & hãc etiã à Gal. dici atram bilẽ: & ſi exacta talis non ſit. Nũ verò ea quæ acerrima eſt, & exactiſsima atrabilis (quæ vltrà hoc quòd acidum fęteat, muſcas abigat & terram fermentet, vehementer quoque ſplendida eſſe debet) quartanã, in affectionem aliam exitioſãm degenerantem, aliquando facere poſsit, alibi, deo duce, diſſertabimus. Modò ſat ſit noſſe, non aberraſſe Trallianum, interdùm aſsignantem febrem iſtam, ab exuſta & retorrida bile exortam.

Cęterùm, demiſſo iam hoc, vt notiſsimo, & ſatis ſuperq. cõprobato, ſubſequẽter aliud difficilimũ, & ſcitu digniſsimum expendere ſub epilogo, eſt operę preciũ. Diſquiritur enim ab ſtudioſis anxiè cauſa propter quã pus non niſi à ſeminarijs partibus conficiatur. Quibus occurens doctiſſim⁹ alioqui vir Ioãnes Brauus, lib. 2. prog. vltimo, ſic reſpõdet: quęrethîc aliquis, cur pus ab alijs quã à ſeminarijs partibus confici non poſsit? cui dicendũ, materiã, quæ in pus eſt tranſitura, vitioſam eſſe ſimul & multam, quo circà cultum recipere nequit, nec ad benignum reduci, niſi á valentiſsima facultate elaboretur: quę facultas cũ in partibus ſeminarijs tantũ cõtineatur ab illiſq. tanquã à fonte in carniformes emergat, ſequitur, ab ſpermaticis poti⁹ quã àcarniformibus pus optimũ cõfici. Dicẽte Gal. 1. epidemiorũ ſect. ſecũda. 46. protẽsã eſſe per ſolida corpora naturã, quæ illorũ eſt virt⁹, coctioneſq. à ſolidis corporis partib⁹ ſanis fieri. Hacten⁹ illius ſentẽtia. Quã libẽtiſsimé obuijs vlnis amplecterer, niſi me deterrêret veriſsimũ Gal. decretũ. 1. de locis vltimo, cui planè aduerſari iudicam⁹.

naturalia (ait

(ait Gal.)inſtrumenta omnia propriam & inſitā obtinēt facultatem,qua propria munia obire queunt:atque in hoc naturales facultates differre ab animalibus, quæ defluunt à principio ſicut lumen à ſole.Naturalis verò vis inſita eſt in omnibus partibus,nec aliūdè fluens.Cùm ergo facultas pusgenerās ſit naturalis vis cōcoctrix &aſſimilatrix,& hę omnibus partibus corporis ſint communes,miror profectò, quòd tantūmodo in ſeminarijs partibus contineri,aſſerat.Atqui ab illis tanquàm à fonte in carniformes has naturales facultates emergere, longé abſurdius iudicat Galenus.Quinimò has naturales facultates, videlicet,coctricem & aſſimilatricem valentiores producere operationes in partibus carnoſis calidis & humidis, imbecilliores verò in ſeminarijs frigidis& ſiccis,cunctis in propatulo eſt. Docente etiā id Galeno tertio de cauſisſymptomatum cap.tertio, non longè à principio ita ſcribente:atque optimè quidem nutriuntur calida humidaque corpora,quippe quę nutrimentum non ſolùm alterent celerrimè, ſed etiam in ſe recipiunt,& agglutinant,& aſſimilāt.

peſ-

peſſimè verò frigida & ſicca, vt quæ nec alterare, nec inſe ipſa recipere, nec aggluti nare, nec aſsimilare queāt. Ac quod celer rimè alteret, quod calidiſſimum eſt, prius eſt dictū: in hoc enim eſt concoctio. Hæc Gal. nec verò primo epid. citato, aliud ad-ſtruit Gal. quā in ſeminarijs etiā partibus inſitam hanc eſſe naturam, non aliundè in fluxā, à qua coctiones humorum fiunt in vaſis. Cùm itaq. propoſito problemati, ob hęc accommodari non poſsit allata reſpō ſio: expendite ſodes, num probabiliùs ſic reſpondêre poſſe, iudicetis. & quoniā cui-que licet, in obſcuris & abditis ſuam pro-mere cenſuram, non equidem grauabor, in ſtudio ſorum gratiam & meā hîc ſcrip-tis mandare. Materia, quæ in pus conuerti ſolet, craſſa quidem eſt, & veluti cineritiū quoddā putridi humoris, quod in inflāma tionibus reſolui non potuit: Gal. teſte, lib. ſecundo aphoriſmorum. 47. & tertio de præſagijs ex pulſibus cap. ſexto. Quia ergo craſſus eſt humor, idcirco fit, vt partes dū-taxàt quæ craſsiori alimēto vti ſolent, qua les ſeminariæ ſunt, illum conentur ſibi & apponere, & concoquere, & aſsimilare: nō verò

verò carnoſę partes id pręſtāt, vt potè quę tenuiorem ſuccū alliciant, ad ſui nutritionem. Vnumquodq. enim membrū ſuccū ſubſtantiæ ſuæ quàm ſimillimū ſibi trahit alterat, & aſſimilat, Gal. teſte, ſexto de placitis cap. decimo quinto. & quia verum eſt ſe non poteſt illarum partiū alimentum, quia materia eſt putrida, ſaltem à ſeminarijs ipſis (quibus magis apponitur) album colorē ſuſcipit. Hęc ſemper, mihi viſa eſt Probabilior propoſiti problematis dilutio, quæ fortè ſi alicui non arriſerit plenè, tenetur & ipſe, aliam potiorem in mediū proferre, quam obuijs amplectemur vlnis.

Decreueram addere colophonē, & ecce protinùs ſeſe obtulit aliud, minimè ſilētio inuoluendū. Quippe admodū obnixè me efflagitaſtis, vt meam ſentētiam exponerē, in cōtrouerſia citrò vltròq. intervos habita, nū delirium continuū cum febre aſſidua, ob humores calidos in cerebro putreſcentes, citrà inflammationem cerebri aut membranarum eius, ſit phrenitis dicēdum. Qua in re Brauus carpit Valleſium, primo prognoſticorū vigeſimo tertio, ſic

ſcri-

ſcribẽs:ex ijs etiam liquet,falli Valleſiũ,vi rũ alioqui doctiſſimũ,lib.5. controuerſiarum cap.20.dũ cenſet,dari poſſe phreniti dẽ ob ſolos humores calidos in cerebro redũdantes,citrà cerebri aut illius mẽbra narũ inflammationem.Nã ſi res ita ſe haberet,non eſſet,quod hîc ait Gal.cõm.28. vniuerſum phrenitidis genꝰ pernitioſum: Quoniã delirare ob ſolos humores calidos tẽperiẽ cerebri euertentes, & non dũ in eo inflammationẽ cõmittentes,perpetuò pernitioſum non eſt.&c.& rurſùs paulo inferiùs:verùm Valleſij iſta tolerabilia ſunt illud verò tolerari nõ poteſt,quod ip ſe eodẽ loco nititur perſuadere, in principio phrenitidis ſæpè inflammationẽ non dũ adeſſe,ſed in illius progreſſu generari. Nã ex hac aſſertione ſequeretur, morbũ eundem alterius eſſe naturæ,cũ eſt in principio, ab eodem quando eſt in augmento.Sequi autem hoc peruium eſt, nam in principio Valleſio autore , morbus eſt malæ temperaturæ materialis, in progreſſu verò eſt morbus in compoſitione, nempe inflammatio , qui non tantum ſpecie , ſed genere variant.

Hęc ille. Qua in re expetentibus vobis no ſtrā cenſurā denegare, fas non erit. Principiò, quod Hipp. & Gal. phrenitidem largiori nominis vſurpatione appellent iſtū proposītū affectū, in quo eſt deliriū continuū cū febre aſsidua, ob humores calidos in capite temperiē cerebri euertentes, ſic facili negotio probare poſſumus. Nimirū, primo prorrhēticorū comm. primo, itaverba Galeni legūtur: ſermonē itaq. hunc tanquā maxime veriſimilem recipio, vocarique omnes ab Hipp, phreniticos exiſtimo qui mente læſi continuè fuerint; quo modo Μαινόμενοι infanientes appellantur qui ſola febris abſentia ab ijs diſcrepāt. & Paulo ſuprà: continuitate igitur demētiæ, quodq. ſimul cū febre fiat, prenitidem agnoſcemus. &c. Quibus luce clarius fit, cōmuni appellatione phreniticos quoq. eos ab Hipp. & Galeno vocari, qui continuè & delirant, & febriunt, etiam ſi citrà inflāmationem cerebri id patiantur. Id ipſum clariſsimē docuit, lib. tertio epidemiorum ſectione tertia. 45. ita ſcribens: in hoc enim ſolo quòd continué inſit delirium cum febre, phrenitim ītelligim⁹, nullo alio à mania

nia differētem prȩterquam febre,&c.ſi ergo nullo alio à mania differt phrenitis,prȩterquàm febre aſſidua, conſtat, ea data in continuo delirio,citrà inflammationē cerebri,phrenitidem,largiùs ſumpto vocabulo dicendā eſſe:& eo magis ſi à mala intemperie calida & materiali cerebri hæc Symptomata pendeant. Qua fortè ratione idem Gal.ductus,quarto de cauſis pulſuum ſexto,paraphrenitidem,quæ ob ſepti trāſuerſi inflammationem fit,phenitim appellat:& Hipp.tertio de morbis cap. de phrenitide.Licèt hæc minus propriè phrenitis ſit dicenda,cùm illam deficiat aliud ſymptoma,veræ phrenitidis patognomonicū,nēpè reſpiratio magna & rara: huic verò ſit parua & frequens. Proindè iſtam quinto de locis.3.à vera prenitide deſtinguit.Ita ergo hoc intelligendū cenſemus, vt exquiſita ſolùm ſit phrenitis inflammatio cerebri,aut membranarū eius,vt Trallianus lib.primo cap.decimotertio nosdocuit.De qua exquiſita loquitur Gal. quinto de locis, & dùm profitetur apertiſſimè ſecundo de cauſis ſimptomatumvltimo capite,phrenitim non tantùm ex ca-

lidis ortum habere ſuccis, ſed ſuprà id etiã phlegmonem in cerebro, aut eius inuolucris excitare. Cęterùm, non exquiſita ea phrenitis dicenda, in qua citrà inflammationem dictam aſſidua ſymptomata delirij & febris hominem inuadunt, ob calidos humores in capite temperiem cerebri euertentes. Valleſius hanc non firmatam, illam ex inflammatione firmatã phrenitim appellat, propter nominum vſurpationem. Vocetur autem, vt libuerit, liquidò ex adductis conſtat, Hipp. & Galenum eum affectum largiori appellatione phrenitim appellare, in quo continuè delirant & febriunt, ob materialem calidam cerebri intemperiem citrà inflammationem. alioqui cùm caſus is ſit poſſibilis, & proindè admittendus, ad quod (quæſo) genus affectuũ cerebri iuxtà Hippocratis & Galeni decreta propoſita affectio referenda? fit hinc, vt in adducto argumento tenui, ſequella aduerſus Valleſium planè neganda ſit, quæ ita ſcribitur. Si hoc eſſet verum videlicét, phrenitim quandoq, incipere citrà inflammationem cerebri, & poſteà fieri, indè ſequi eundem morbum alterius eſ

ſe naturæ, dum eſt in principio, ab eodem cum eſt in augmento. Minimè, inquam, hoc ſequitur; nam phrenitis quæ incipit à mala intemperie materiali cerebri citrà inflammationem, & ſi communi & larga appellatione phrenitis dicatur, non tamen eſt prorſùs eadem cum inflāmatione ſeu phlegmone cerebri, nec planè idem morbus: ſed differunt, vt exquiſita phrenitis & non exquiſita, vt dictum eſt. Vna morbus eſt ſolùm malę temperaturæ, alterave rò morbus etiam in conformatione. Specie quidem variant, continentur tamen cō muni phrenitidis nomine, ob multa communia vtrique ſymptomata, vt ex Gal. cōprobatum linquitur. Diſtinguitur Porrò ab exquiſita, dūtaxat ex pulſu paruo & crebro, qui exquiſitæ phrenitidis proprius eſt Gal. teſte, li. tertio de cauſis pulſuum, & ex Cælio Aureliano cap. proprio. Porrò autem minus probabile, mea quidem ſententia, & illud mihi videtur, quod in comprobationē adducitur, ab eodē doctiſſimo Brauo, tertio prognoſticorum 20. nempé, bilē tenuē nō poſſe ꝑcorp⁹ cerebri diſſemina ri, & delirium cōtinuum inferre, quin fiat

heryſipelas,& tumor prȩternaturã.Falſita tem huius ſententiæ ſatis apertè refellit Gal.lib.3.aphoriſmorũ.22.quippe qui maniæ ſeu furoris cauſam cõſtituit tenues & bilioſos humores temperiẽ cerebri euertentes,citrà tumorẽ prȩternaturam.Idem profitetur ſexto aphoriſmorũ. 21. &.56.vt hinc planum euadat putrentibus inibi eiſdẽ ſuccis,citra vllum tumorẽ præternaturam,fieri poſſe deliriũ continuũ cũ febre aſsidua,& reſpiratione magna & rara. Atqui ob hæc ſymptomata inſeparabilia, rectè Gal,hũc affectũ phrenitim cõmuni appellatione vocaſſe:à quo & nosnon deſciſcimus.Verũ,nec argumẽtũ ex Gal.1.prog. 26.quicquã aduerſùs iſtã ſententiã concludit.Licét enim hęc phrenitisperpetuò pernitioſa non ſit,inde nõ ſequitur, nomine phrenitidis cõprehendi non poſſe,nã &ex quiſita phrenitisperpetuò exitioſa nõ eſt, ſed magna ex parte.Id eſt,quod Gal.profitetur.1.prog.26.dũ ait:vniuerſum phrenitidis genꝰ exitiale eſſe habetur.Atqui hæc nõ exquiſitaphrenitis,de qua agimus,non rarò exitialis eſt,quia niſi citò ſoluatur, in exquiſitã ſȩpè tranſit, & tandẽ interficit.

Hæc

Hæc itaq, ſunt viri clariſsimi, quę mihi nõ parũ oblectato lectione illorũ cõmentariorũ, licét inuito, (nõ enim libenter à tanti viri atq. etiã præceptoris ſententia recedo) inter ameniſſimos flores non plene arriſerunt, pro ſolutione propoſitorũ erotematũ. Fecit feruentiſſimus ſolius veritatis amor, vt ad heſiodã illã litẽ, à Gal. tantopere expetitam, iterũ vos prouocarem. Peni tiùs noſtra hæc, qualiacunq. ſint, dũ pacato animo euolueritis, noſtras fortaſſe diluetis obiectiones, noſq. & multos alios ab ſcrupo liberabitis. Cupidũ me fortè & ſtudioſum indagandæ veritatis, non eo inficias: proindè noſtrę imbecillitatis conſciuspau cula hęc ſcriptis mandaui, quòd intelligã id genus pugnis literarijs id eſſe peculiare quòd in eis lucrũ eſt vinci. Quo fit, vt non detrectare modò iure quiſq. ſed appetere eas vltrò & poſsit, & debeat. Valete. Ex noſtro muſæo calendis Februarij, 1586. vbi quę ſuperſunt copiæ fortè ad fœliciorem pugnam reconditæ aſſeruantur.

APOLOGIA

AMANTISSIMO FRATRI

Franciſco Vaezio medicæ facultatis doctori, de temperamento ad pondus, & febribus, Doctor Petrus Vaezius Luſitanus. S. D.

DVm practicę tyrocinium apud me ageres, amantiſſime frater, enixè efflagitaſti, vt meā exponerem cēſuram, in controuerſia illa vulgatiſſima, an ex Galeni decretis detur temperamentum, ad pondus vulgo dictum; ſecundo, nū febris ſit mala intemperies calida, num ſo luscalor, iuxtà eiuſdem doctrinam. Vtriq. controuerſię, nunc vt votis tuis vberiùs reſpondeam, ſic ſub epilogo pro viribus occurrens, & rei naturam accuratiùs expendens, ſatisfieri poſſe puto: ſed ſumma duntaxàt ſequar faſtigia rerum.

Verùm, cùm omnis quæ de aliqua re ſumitur inſtitutio, debeat ſemper á diffinitione proficiſci, vt intelligatur, quid ſit id de quo diſputatur; vt antè Ciceronem egregiè profeſſus eſt diuus Plato in phędro inquiens: in omnibus ò puer vnicum principium ijs qui rectè conſulere volunt, eſt, in-

intelligere, quid sit id, de quo consultatur, alioqui omnino aberrare, necesse est: proindè à diffinitione temperamenti methodicè initium sumendum. Auicennas prima sen primi doctrina tertia cap. primo, sic temperamentū diffinit. Temperamentum est qualitas, quę ex actione inuicem & passione contrariarum qualitatum in elementis inuentarum prouenit. Quarum partes ad tātam paruitatē redactæ sunt, vt cuiusque earum plurimum contingat plurimum alterius. &c. addit; cùm enim ad inuicem agunt, & patiuntur, in suis virtutibus accidit earum summa qualitas, in totum earum similis, quæ est complexio. Hactenus Auicennas. Quibus proculdubio iuxtà suorum interpretum sententiam videtur profiteri, temperamentum quintam quandam esse qualitatem, à quatuor qualitatibus primis distinctam, quæ fiat in commistione ipsis corruptis. Sané opinio isthæc, vt potè Galeno aduersa, nō est silentio committenda, sed euidentibus rationibus exigenda cum neotericis autoribus, & releganda. Ac principiò, ante quàm aliquot demonstrationes aduersus

Aũtcẽnç ſectatores formemus,expũgẽda venit Fernelij finitio,tertio de tẽperamentis primo profitentis,tẽperamentũ eſſe cõcentũ &proportionẽ quatuor qualitatum primarũ.Niſi autẽ per proportionẽ intelligat pro fundamento qualitates primas ꝓportionatas,eius diffinitio eſt apertè mala.Etenim proportio relatio eſt:relationis autẽ nulli ſunt effectus:at verò plurimi effectus tribuuntur tẽperamẽto, qui nõ poſſunt in proportionẽ,hoc eſt, in relationẽ referri. Diluere idem illud oportet, quod falſò imponitur Gal.nimirũ, illum profiteri,partiũ tẽperamẽta eſſe earũ ſubſtantias:vt ſibi perſuaſit Antonius Ludouicus Luſitanus,ſuo libello de occultis proprietatibus.Ita verba Gal.leguntur, lib.1. de vſu partiũ cap.9.cæterũ,vniuerſam manus conſtructionẽ deincèpsproſequamur nihil quod ad eius conſtructionẽ fieri poſſit,nõ examinatum relinquentes. Vt autẽ ſermo noſter methodo procedat, quę in corporibus inſunt, omnia diſtinguamus. Inſunt autẽ primũ & maximè tẽperamenta,quippe quę propriã partium ſubſtantiã com-

cõplent: nã carni esse carnẽ, & neruo neruum, & aliarũ vnicuiq. id esse quod est, nõ aliũdè prouenit, quàm ex tali aut tali tẽperie. Hoc igitur eis secũdùm substantiæ rationẽ accidunt. Hæc Gal. quibus minimè professus est, tẽperamenta partium esse earũ substantias, vt falsò plurimi opinantur; sed potiùs formas partiales substantialesà tẽperamentis cõpleri, & ab ipsis prouenire. Perindè atq. innuere velit, tẽperamentũ carnis & nerui taliter materiam dispone re, vt in tali dispositione non nisi forma carnis aut nerui proueniat, & generetur. Proindè nobis nõ placet interpretatio doctoris Gasparis Lopez, in suis doctis cõmẽtarijs ad libros de tẽperamẽtis. Quia (ait) animæ nostrę ignorabat essentiã Gal. fit sanè, vt quæ philosophi in formã substantiã lẽ reijciunt, ipse vt medicus temperamẽto tribuat. Minimè (inquã) hoc placet. Nã tẽperamenta, vt Gal. ait hoc loco, cõplent partiũ substantiã: atqui aliud profectò est, cõplere substantiam, aliud ipsa substantia, seu forma substantialis. Porrò, vt ad rem, vndè deductus fuit sermo, redeamus, nihil aliud est tẽperamentum, iuxta Gal. doctri

nam, quã omnes qualitates primæ ſimul mixtæ,& alteratę,cum proportione & cõcentu. Quippe qui talis cõcentus facit vnũ quodq.miſtũ ſpecie differre ab alio, vt ex Gal.colligitur,primo de vſu partium no-no. Cęterum quod temperamentum non ſit quinta qualitas diſtincta à quatuor qualitatibus primis,quę fiat ipſis corruptis, tã ſic cum neotericis aduerſus Auicennæ interpretes demonſtrari poteſt. Si enim tẽperamẽtũ eſſet quinta qualitas, proculdubio illa realiter eſſet diſtĩcta àquatuor qualitatibusprimis,vt quæ fiat ipſis corruptis: ſed in õni tẽperamẽto ĩueniũtur quatuor qualitates primę, ergo tẽperamẽtũ nõ eſt quinta qualitas,ab ipſis quatuor primis diſtincta,quæ fiat ipſis corruptis. Aſſumptio nẽ probo,nã in omni miſto dantur partes calidæ,frigidæ,humidæ,& ſiccæ. Secũdo,ſi tẽperamentũ eſſet quinta qualitas,temperamentorũ differentię illi quintę qualitati conuenire non poſſent:nã cũ qualitas illa quinta nõ ſit caliditas,frigiditas,humiditas,vel ſiccitas,aut omnes ſimul,dici minimè poterat tẽperamentũ calidũ, frigidũ, humidum,aut ſiccum. Rurſus, ſi tempera-

mẽtũ eſſet quinta qualitas, diſtincta ab alijs primis qualitatibus, illa quinta qualitas calfaceret, infrigidaret, ſiccaret, & humectaret: proindè inutiles eſſent quatuor primę qualitates, vt quæ nihil efficerẽt. Adde etiã, cũ in propatulo ſit, naturã nihil operari fruſtrà, & in generationibus miſtorũ in prõptu ipſa habeat quatuor primas qualitates, non eſt profecto, quòd quintã qualitatem producat de nouo, vt quæ ſit ſupervacanea. Ad hæc, ſi inter ſimbolizantia facilior eſt tranſitus, Ariſt. teſte. 2. de ortu & interitu quarto, quia ſolũ ſecundũ vnam qualitatẽ fit trãſmutatio, liquet, manêre alterã qualitatẽ: & ſubindè tẽperamentũ nõ eſt quinta qualitas, diſtincta à quatuor primis, quæ fiat ipſis corruptis, vt barbarorũ omnis ſchola profitetur. Quòd ſi dixeris corrũpi qualitates, quia gẽeratur nouaforma: id ſanè arguit, nõ manere eãdẽ qualitatẽ numero, ſed ſpecie. Eãdem verò ſpecie qualitatẽ manêre ĩ ſimbolizãtib⁹, Ariſt. eſt doctrina. Poſtremo, nã ſi ĩ generatione miſti calidi calor nõvĩcitur àfrigiditate, ergo mãet ſaltẽ calor ille ĩcorrupt⁹. Proĩde nõ corrũpũtur primę qualitates, ĩ generatiõe tempera-

peramẽti,producta quĩta qualitate.Atqui sẽſus indicat,in omni miſto perfecto dari calidas partes,frigidas,humidas, & ſiccas: ergo neceſſariò in eo ſunt quatuor primę qualitates,caliditasfrigiditas,humiditas,& ſiccitas.Ijs itaq.atq.alijs quæ in mediũ adducere poteramus,ſatisprobatũ à neoteri cis eſſe,arbitror,quintã illam qualitatem, quã Auicẽ.interpretes inuexerunt, vanã prorſus eſſe,nec Gal.& Ariſt.doctrinæ cõſentaneã.Quinimò,cẽſendum, & ſtatuendũ,quòd iuxtà Gal.ſententiã,tẽperamẽtũ nihil aliud eſt,quàm omnes qualitates primę ſimul miſtæ,& alteratæ,cũ proportione & cõcentu.Cęterũ,quia de malis intẽperiebusnec loqui quidẽ aliquidpoſſum⁹ niſi priùs cognoſcatur eucratos,ſeu tẽperata natura,ideò primo de tẽperamentis nono,temperatam naturã diuidit, in tẽperatã ad pondus,& ad iuſtitiã. Tẽperamentũ ad pondusappellat,in quo eſt æqua mẽſura elementorũ,nõ æquum pondus. Nã pręter id quod ignis & ęther vacant põdere,ſi in generatione miſti tẽperati coirent elementa in æquilibrio,quod fieri non poteſt,prorſus omnia alia corrũperet ignis,

& in

& in ſuã naturam conuerteret,&ſic miſtũ nulla ratione fieret.hûc reſpiciẽs Gal.ſecũdo tẽperamẽtorum vltimo,quaſi diuinãs futurosaliquos,qui hac inre grauiter cęcutire debebant,ait,tẽperamentum ad pondus dici,in quo eſt æqua menſura elementorũ,non æquum pondus.Porrò quòd tẽperamentũ ad põdus pauco temporis momento duret,propter ingenitam cuiq. animali alterationem,& propter ea quę nobis occurſant,ex Gal. 1.de ſanitate tuenda cap.1.inprincipio colligere licet.Sí quę tamen pars corporis humani inuenitur temperata ad põdus,ea ſanè eſt cutis volæ manus,tertio de temperamentis vltimo.Qua in re aduertere oportet,non propter ſe cutim volæ manus temperatam dici,quippe ex filamentis vaſorũ,& membranarũ, eodem Gal.teſte,cõſtructa ſit;proindéq.ſuapte natura frigida eſt & ſicca.Sed temperata reddita eſt,influenti temperamento, nẽpè,acceſſione ſanguinis qui calidus eſt & humidus.Vt hinc liquidũ euadat, non ſolùm temporis momento,ſed aliquo temporis ſpacio eandem cutim temperatã ad pondus euadere poſſe;licèt illud tempo-

ris

ris ſpatiũ breue ſit, ob Gal. rationẽ allatã. Quæ ſi vera ſunt, vt certè ſunt veriſſima, lu ce clariuscõſtare poteſt, barbaros ferè om nes aberraſſe, cenſentes, nullum prorſùs in miſtis dari poſſe tẽperamentũ ad pondus. argumentum verò, quo muniuntur, tale eſſe videtur cunctis. In generatione miſto rum neceſſe eſt, vt aliquod elementũ vin cat, alioqui, nihil generaretur de nouo: ac in temperamento ad pondus non poteſt aliquod elemẽtũ ſuperare: nõ datur igitur in miſtis tẽperamẽtũ ad põdus. Quæ ſanè ratio, vt cernis apertè, præſupponit fal ſum in aſſumptione. In generatione quip pe temperati miſti, nullum ſuperat ele mentum, ſed æqua menſura elementorũ vt diximus, ſimul copulatur: ita vt corrup tis ſubſtãtialib⁹ formis elemẽtorũ genere tur forma miſti tẽperati. Ijs autẽ ita præli batis, palã fit, malã intẽperiẽ eſſe õnes qua litates primas ſimul miſtas & alteratas, cũ diſproportione & magno exceſſu alicuius qualitatis. Intẽperies enim duplex eſt, vna ſalubris quæ à media temperie recedit nõ multũ, & lædere operationes nõ eſt potis. Hęc apud Galenum ſanitas ad huc dicitur

apud

apud Ariſtotelem verò morbus: ſiquidem ſanitas Ariſtoteli in exacta ſimmetria conſiſtit, quod parum ab fuerit, iam morbus (iuxta eius placitum) exiſtimari debet. Verba ſunt Ariſtotelis ſeptimo phiſicorũ cap. quarto. Fit hinc, vt in categoriis cap. de oppoſitis, & quarto topicorum quarto, ex Platone in dialogo de voto tradiderit, inter ſanitatem & ægritudinem nullum mediũ dari: ſiquidem inter exactam & non exactam ſimmeteriã nullum datur medium. altera autem intẽperies eſt morboſa, quæ à media tempetie plurimum recedit, & lædere operationes ſenſibilitẽr poteſt. Quę duplex eſt, materialis, & immaterialis. & iterùm harum quælibet duplex, ſimplex, & compoſita, & rurſùs ſimplex quadruplex eſt. Compoſita identidem quadruplex. Hęc ſunt, quę pro epilogo de temperamentis iuxtà Galeni decreta, ſolent menti commendare. Quibus ſic præhabitis, facilè alteram diluemus controuerſiam propoſitam de febre. Num iuxta Galeni ſententiam ſit mala intemperies calida, num ſolus calor pręternaturã. Quę quò clariùs pateat, nihiloſeciùs à finitione

febris

febris initiũ ſumẽdũ. Febris, vt ex Gal. colliges, lib. de inæquali intẽperie cap. 6. nihil aliud eſt quám calor prẽternaturã cordis lædẽs operationes, factus ex quodãmodo cõtrarijs, ipſo videlicèt naturali calore & eo qui iã eſt prẽternaturã. Cẽterũ, (ait) in febribus id genus omnibus calefit quidem ſanguis, interdũ ſanè vniuerſus, quicunq. prẽtetnaturalẽ illũ calorem qui ex humorũ putreſcentia eſt obortus, cõcepit. Non tamen arteriarũ, venarũ ve tunicæ, aut aliud vllũ circũ iacentiũ corporũ prorſùs tẽperamẽtũ ſuum mutauit, ſed ad huc mutatur, atq. alteratur in caleſcens, ſiuè, vt ſic loquar, calefiens. Quod longiori tempore hoc patitur, prorſùs vincetur aliquando, temperamentũq. ſuũ mutabit. Porrò terminus mutationis eſt cuiuſq. particulæ fũctionis lẽſio, ad quem vſq. terminũ, omnis alterationis magnitudo via eſt, in id quod prẽternaturã eſt, veluti mediũ quoddam ac miſtũ ex cõtrarijs vtriſq. cõpoſitum, ipſo ſcilicet naturali affectu & eo qui iam eſt prẽternaturã. Hæc Gal. ex quibus quatuor potiſſima deducere decet, vt tãdem febris eſſentia clariùs eluceat. Primum, febris eſ

ſen-

ſentiã cõſiſtere in calore prẽternaturã,eo-dẽ Gal.autore 1.febrium.1. apertiº 6.epid. ſect.prima 28.atq. hũc calorẽ eſſe vnum, nõ duos,& ſi ex duobus ſit cõflatus,vt inferiùs appũgemus. Quòd ſi idẽ Gal.9.me thodi 1.febrẽ intemperiem eſſe dicat calidã & ſiccam,& primo aphoriſmorũ.16.affectũ eſſe calidum &ſiccum aſſerat:occurrendũ erit,calorisaffectũ eſſe eſſentialiter ſiccũ accidentaliter,ita vt febris eſſentia cõſiſtat in ſolo calore prẽter naturam.Eſt ergo febrismala intemperiescalida,vt no no methodi Gal.prodidit,ſi cõſideretur,ea ratione qua morbus eſt:ſed ea ratione qua febris,eſſentialiter iuxtà placitum Galeni mala intemperies calida non eſt dicenda:etenim intẽperies cõplexũ dicit omniũ qualitatũ primarum cũ diſproportione:febris autẽ eſſentia Gal.ſolus calor prẽternaturã eſt.Nec mirũ,q̃ Gal.poſuerit eſſentiã febris in ſolo calore prætermaturã, nõ in intẽperie,nã id fecit ex cõmuni modo iudicãdi omniũ hominũ,duntaxàt immodicũ calorẽ cordisp corpº diſperſũ febrẽ appellãtiũ.Inſurgit in Gal .quidã neotericº,q̃ ipſe Gal.li.d̃ cauſismorborũ ca.1.

īmodicū calorē teſteē causā morbi eſſe, nō morbū, proindè perperā ab eodē eſſe aſſertū calorē prę̄ternaturā cordis eſſentiā febris exiſtere, cū potiùs ſit cauſa morbi, nēpè, malę intēperiei calidę & ſiccę cordis, quę febris eſt, & morbus. Hūc certé expendere prę̄ſtiterat, eundem prę̄ternaturalem calorem ſub diuerſis & varijs rationibus dici poſſe cauſam morbi, morbum, & ſymptoma. Nimirū, ea ratione qua malā intēperiē morboſam producit, cauſa morbi eſt: qua verò lędit operationes p ſe primo, morbus: qua tandē ratione quandoq. à morbo pendet, vt in pleuritide, ſymptoma dicitur. Aduerte tertio, cū febris morbus ſit, debet eſſe calor prę̄ternaturā adeò auctus, vt operationes lædat, octauo methodi primo, & de inæquali intemperie citato. Quarto in feres, febrē nō eſſe ſolū calorem additū naturali calori, vt in extrauagantibus profeſſus eſt Gentilis. R ē ita ſe habere, ſic aduerſùs Gentilē euidenti ratione vallare poſſumus. Nā ſi ſolus calor addit⁹ naturali calori febris eſſet, proculdubio ille additus calor, realiter & formaliter diſtīctus ab ipſo naturali calore eſſet: quod ſi

ita

ita ſe haberet, ſubiectarē duo calores rea liter diſtincti in eodē ſubiecto adęquato, quod philoſophię, & Ariſt. 5. methaphyſicę 9. eſt aduerſum. Adde etiā, calor naturalis ſummā latitudinē habet, vltrà quā ſi extendatur, iā naturalis nō eſt, ſed prętternaturā redditus. Si itaq. natiuus calor poſitus ſit in extremo ſuę latitudinis, ſequitur, vt per minimū calorē additū iā naturalis dici nō poſſit, ſed prætternaturā, & proindè totus ipſe in igneū cōuerſus eſt febris, & nō ſol⁹ calor additus: Gal. teſte, 1. aphoriſmorū. 16. Cæterū, cū ex tribus humanū corpus cōſtituatur. 6. epid. ſect. 8. tex. 7. ex cōtinentibus cōtentis, & impetū facientibus, hoc eſt, ex ſpiritibus, humorib⁹, & ſolidis partib⁹, ne ceſſe eſt, vt febriū dūtaxàt. 3. ſint genera. Ephemera, quę ex ſpiritib⁹, humoralis, quę ex humoribus fit, hæctica quæ in mēbris ſolidis ſedē habet. Expendere hîc oportet, calorē prætternaturā humorū aut ſpirituum nō dici humoralē febrem, aut ephemerā, ſed potiùs calor prætternaturā membrorū procedens à calfactu eſſe humorū, vt ſic dixerī, aut ſpirituū. Quippe cū febris omnis morbus ſit, & morbus ſit paſſio viuentis

corporis,lib.d̄ ſenſu& ſenſili cap.1.dici mi nimé poterit febris calor humorū aut ſpi rituū ſiquidē humores&ſpiritus nō viuūt, ſed potiús calor præternaturā mēbrorum procedens à calore humorū,aut ſpirituū. Hûc Gal.reſpiciēs,1.febriū cap.4.iure tra didit,inter ephemerā febrem & procatar- ticā cauſam affectionē mediare,ex qua fe- bricitamus,nēpé,calfactū eſſe ſpirituū. Si hoc verū eſt,vt certè verū eſt,clariſſimé in dè conſtat febrem ephemerā fiētē eſſe fe- brem,nō factā,ſiquidē pēdet in fieri & cō ſeruari à calore præternaturali ſpirituum, pari ratione ac humoralis,quæ ideò fiens dicitur,quia fit & cōſeruatur a calore præ ternaturali humorū.Porrò hectica febris ob id facta eſt,& nō fiens, quia iā nō pen- det in fieri à cauſa vlla.Hîc tamen occur- rit validus Gal.locus,nōnullos huius ſciē- tię profeſſores arcens à prædicta veritate. Lib.8.de morbiscurādis ca.vltimo,ſic ſcri bit Gal.illud nāq.cōmune cū diarijshabēt hecticæ,quòd videlicet nō amplius fiant. Differūt autē,in eo quòd diariæ in leui(vt ſic dicā) affectu (κατὰ χέσιμ græci vocāt) calorē habent:hecticæ in habitu,qui ægrè

ſolua-

ſoluatur. Hæc Gal. ex quib⁹ colligũt aliqui febrẽ diariã nõ eſſe fientẽ, ſed factã, vt sũt hecticæ, quas nulla accendit cauſa. Sed hi (mea quidẽ ſententia) maximè à veritate aberrant. Fatetur quippè Gal. ingenuè, inter procatarticã cauſam & febré epheme rã mediare affectionẽ intrà corpus humanũ, ex qua febricitamus, primo febrium. 4 citato. Obſtabis? quid ꝙ in methodo palã adſtruit, diariæ non ampliùs fiũt? Reſpõdẽ dũ, nihil aliud ibi profiteri Gal. quã diarias nõ àmpliùs fieri à cauſa procatartica, quæ iã abijt, & à qua fuerũt accenſæ. Proindè rectè ait, illud habent cõmune hecticę cũ diarijs, quòd videlicet nõ ampliùs fiant à cauſa, à qua primũ fuerunt accenſæ. Nulla igitur hac in parte cõtrouerſia ſubeſt. Ex dictis identidem facilè percipies, probabi liſſimã eſſe opinionẽ illã, quætuetur, calorẽ omnem eſſe vnius ſpeciei, ita vt naturalis calor & præternaturã nõ differant ſpecie. Etenim naturale & innaturale addita calori non dicũt entia realia ſpecie varia, ſed ſolam intenſionẽ gradualem caloris: Porrò intenſio & remiſſio nõ variant, nec mutant ſpeciem. Præterea, frigus opponitur

tur omni calori, cũ omnem corrũpat: & dũtaxàt ex Aristotelis decreto, vnũ vni est contrariũ. Tertio, naturalis calor & præter naturam faciũt vnũ intensiorem calorem sunt ergo eiusdem speciei. Quarto, ex prohibita ventilatione multiplicatus innatus calor conuertitur in igneam naturam, & est febris, 1. aphor. 16. ergo solũ differũt per intensionem gradualem, 5. ab effectu, calor innatus putrefacit stercora in intestinis fermẽti calor ex putredine acidus, coquit massam: calor putridus stercoris naturalis est vermibus, genitis ex eodem: calor putridus ex terra stercorata naturalis est plantis: calor medicamenti impositi ventriculo coquit, in ratione naturalis, cũ tamẽ sit extraneus: calorq. prẽter naturam nonnulla concoquit, & in melius alterat, quinto aphorismorũ vigesimo secundo. & demũ si omnis calor extraneus differret specie à naturali, essent procul dubio innumeri calores specie variantes: siquidem omnis alterius mixti calor est extraneus alteri. Sic sanè ex tempore occurrere posse existimo tuis propositis quæstionibus, carissime frater, & hoc modo problemata plura quanuis

uis ſint ex principijs Medicinæ, non tamen ſunt medica, epilogo diluenda eſſe. Vale. & deum time, & mandata eius ſacroſancta toto corde & viribus obſerua: hoc enim eſt omnis homo, in eccleſiaſte capite vltimo.

FINIS.

Μόνῳ τῷ θεῷ τιμὴ καὶ δόξα.

Grauiora ſic corrigat, leuiora poterit candidus lector facile expungere.

Fol.3.pagin.2.linea.5.quod.lege.quod.fol.4.pag.2.lin.2.nihilo ſa.Sc.ius probabilem.nihilo ſecius probabilim.fol.15.pag.1.lin. mamentaneis.momentaneis.fol.21.pag.1, lin.15. exiutta. & iuxta fol.81.pag.2.lin.vlt.adde ſanguis decumbat in partem principem, Gal.teſte lib.de ſangu.fol.87.pag.2.lin.vlt.adde.epiſtolarum.2.ex Gal.refert ac puncticulas huius feb.fol. 24.pag.1. lin.9. nod non. fol.70.lin.4.quippe.quippé. & pag.2.lin.5, deicere.deijcere. fol.72. pa.2.lin.16.ſiuæ.ſiue.fol.87.p.2.l.10.corruptelæ.fo.92.pa.2.l.3.com modæ.l.commodè.fo.69.pa.1.li.7.quotiana.l.quotidiana.

DE SCOPIS MITTENDI SANGVINEM TRACTatus breuis & apprimè vtilis: Apologiæ complementum.

Petro Vaczio Lusitano, Excellentissimi Principis Ducis Machedæ & pro Regis Cathaloniæ medico, Autore.

NON solùm cuncti fere medici præclari nominis, verùm è media plebe homines proletarij & amusi sibi persuadent, inter medica Remedia nullum præstantius, efficaciùs ve affectionibus quã plurimis adhiberi sanguinis detractione. Proindè maxima dignum admiratione est, quòd tam generosum & præsentaneum vitæ humanæ præsidium tantis obscuritatibus involuatur, multis hostibus oppugnetur, tandemq; tã varijs censuris neoterici scriptores de ea iudicent. Ac ampliùs mirari profectò subit, quòd varias & oppositas sententias humanæ saluti non parum noxias, nonnullis Galeni autoritatibus perperàm interpretatis, tueri moliantur. Quam obrem, vt multis meam expetentibus censuram satisfaciam, non pigebit, meo modulo, de scopis, & subindè de affectibus in genere postulantibus venæ sectionem, aliqua fortè nõ contemnenda sub epilogo perstringere. Porrò dũ hoc exequor, medicũ agere conabor, non autem oratorem, aut humanarum literarum professorem, vt plurimi nostri tẽporis faciũt,

sed nudis verbis veritatem, vt licuerit per nostram imbecillitatem, explanare nitar: etsi ad difertissimos peritissimosq. viros in arce & fastigio nostræ facultatis iã stantibus, mihi scribendũ sit. Agitur quippe hîc de re nimium seria, nimirum de remedio potissimo totius artis medicę: ac morbosos affectus nõ eloquẽtia, sed efficacibus remedijs propulsari, dissertauit Celsus. Principiò itaq. vt à notione nominis auspicemur, aduertere oportet, nihil aliud dici scopos sanguinis detractionis, quàm requisita, vel conditiones, intentiones ve sanguinis missionis exercendæ: fine quibus illa methodicè administrari, nec debet, nec potest: ad easque potissimùm debent medici attendere, ne aberrare contingat. Sumitur nimirùm à sagittarijs scopi denominatio, quippe qui sagittas suas dirigunt ad scopum. Scopi ergo præcipui sanguinis detractionis sunt, ex primo aeutorum. 19. &. 4. metho. 6. morbi magnitudo, virium robur, & ætas florens: nam sinè ijs nusquàm licet sanguinem mittere. Nos referimus hos scopos ad duos duntaxat principes & præcipuos, ad morbi magnitudinem, & viriũ robur. Nam senum ætas in virium verbo comprehenditur, de sanguinis missione cap. 8. obidq. illis non mittitur sanguis quia non valent vires: ac pueros antè. 14. annum non excludi omninò à sanguinis detractione, contra Galenum censemus. Subitq. mirari doctissimos nostræ ætatis professores, censentes, Galenum non prohibere modicam venæ sectionem ante. 14. annum, sed duntaxat copiosam. Vera

Scopi venæ sectionis qui dicantur.

profectò

profectò hæc est doctrina, at eam Galenus non recipit, vt constat, ex verbis eiusdem de sang. missione cap. 12. quæ ita habentur: hac ratione nec pueris venam tundes vsque ad quartum decimum ætatis annum, post quem si multus congestus sanguis appareat, & pueri natura benè sanguinea, sanguinem minues. Multoq. magis, si aut peripneumoniæ, aut anginæ, aut pleuritidis periculum incũbat. Detrahes autẽ primũ, vt sumnũ, ad cotilam vsq. quod si posteà perpendenti vires, permanere validæ videantur, dimidiũ eius adijcies reiterata missione. &c. ex quibus constat, per pueros sustinentes istã modicã venæ sectionẽ: Galenũ intelligere puberes qui iã transcẽdunt. 14. annũ, & de ijs addit idẽ cap. sequenti: proindẽ minus detrahimus, quã plenitudo cõmouet, quod ad ætatẽ quidẽ attinet in pueris. &c. senibus itaq. etiã septuagenarijs, si vires constant, sanguinẽ mittimus, Gal. teste, cap. 12. de sang. missione: & pueris antè. 14. identidem: proindẽ soli duo scopi sufficiunt, morbi magnitudo & virũ robur, nec opus est addere florẽtem ætatem: vt Gal. etiam probat cap. 8. de sanguinis missione. sed demittamus ist hæc de pueris contra Galenum, & rẽ altiùs exequamur. Porrò qui de sanguinis missione speculari volũt, vt ediſſerit Gal. 1. cap. de sanguinis missione, primũ antè scoporum consideration ẽ expendere debent, quæ corporis affectiones vacuatione indigeant: ac deinde alterũ, quæ nam ea quæ fit sanguinis detractione, aut purgatione. Etenim sic legimus Gal. verba. Quidẽ sanguinis

missione speculãtur, vnum sibi primumq. proponat, oportet, nempè, vt quæ corporis affectiones vacuatione indigeant, considerent: ac deindè alterum, quæ nam ea quæ sanguinis fit detractione; nã multi sunt affectus, qui alia quapiam vacuatione indigeant, sed non missione sanguinis. Tertio post hæc dijudicent, qui innoxiè hanc ferre vacuationem possint; mox autẽ de venis quæ veniunt secandę. Porrò hac quoque speculatione absoluta, succedit de scopis siue intentionibus oratio, quibus videlicèt quis animum attendens, vacuationis modum coniectura queat assequi. Hactenus Galeni verba. Ex quibus præclare intelligere aliqui celebres poterant, præter scopos venę sectionis alia debere speculari medicum, ad hoc vt methodicè eam exerceat. Atqui quòd scopi propositi sint conditiones & requisita sanguinis detractionis exercendæ, indicant apertè Hippocratica verba superiùs citata: in morbis acutis sanguinem detrahes, si vehemens morbus esse videatur: &c. nam coniunctio illa (si) conditionem inibi designat. Atqui gratia maioris illustrationis ante omnia aduertere decet, alia esse quæ perse indicant venæ sectionem, & scopos venæ sectionis. Nimirum, scopi propositi non indicant perse venæ sectionem, vt contrà doctissimum Alexandrum Massariam, suo libro de scopis protinùs probabimus. Sed per accidens indicant aliquando venæ sectionem; & aliquando purgationem, ex Galenicis decretis. Etenim cùm. 4. metho. 6. scopos indicare sanguinis detractionem vel purgationem

fatetur,

fatetur, id intelligit non perſe, ſed ex accidenti, aut mediatè, nempe ratione affectus coniuncti indicantis perſe venæ ſectionem, vel purgationem. De quibus aliqua in noſtra Apologia ſcriptis tradidimus, & præſtantiora hîc addere decreuimus. Proinde improbabile eſt aſſerere, ſemper & perpetuò hos ſcopos ex accidenti indicare venæ ſectionem, vt protinùs aduerſus eruditiſsimum Valleſium. 7. controuerſiarum cap. 2. diſputabimus: cùm aliquando indicent purgationem. Ac principiò agamus cominùs cum Maſſaria lib. de ſcopis fol. 107. ita poſteris tradit: primum itaque mihi video pro compertò habere, tres iſtos ſcopos principes, nempè morbi magnitudinem virium robur, & ætatem florentem verè propriè ac perſe venæ ſectionem indicare: quod quidem decretum putò me iam ſatis probaſſe, & confirmaſſe. & rationem ſuæ poſitionis exarans, fol. 48. addit. alterius concluſionis veritas patebit, ſi memoria repetamus, quamobrem à magnitudine morbi oriatur per ſe indicatio ſecandi venam. Quippè, vt iam diximus, id fit, quia ſectio venæ rationem habendo totius corporis, & morbi cauſam minuendo, illius magnitudinem ſummouet, retundit, & impedit iterum fol. 99. poſtremo eſt alia Valleſij ratio fundata Hippocratis & Galeni autoritate, qui docent. 4. metho. 6. morbi magnitudinem indicare non ſolùm venæ ſectionem ſed etiam aliquando purgationem. Quippè ſi morbi magnitudo eſt ſcopus cõmunis tã ſectioni venę quã purgationi, quomodo poteſt alterã per ſe & ſemper

Maſſariæ opinio notatur.

indicare? & dū molitur euacuare hoc argumētum, sic scribit: hic locus mihi videtur talē & tātam obtinere difficultatē, vt quānis ego multū laborauerim, nihil tamen potuerim, aut ipse excogitare, aut ab alijs intelligere adhuc, in quo plane acquiescā. Hęc Massaria. Siste parūper pedem hîc sodes curiose lector, & expēde sedulò, quàm valida sit vis & energia veritatis. Itidē aduerte deterrimā conditionē humanā, quippè & si veritas aperte cōuincat omnes, nolunt tamen ea præsente, acquiescere quidā, sed inepta deliria sequūtur. Tandē fol. 106. ita cōcludit ex Vallesio, Itaq. vt concludam, & si vtrūq. præsidiū indicatur à magnitudine morbi, ac postulat valentes vires, non id propterea vetus decretum perturbat de tribus scopis quin ad sanguinis missionē sint satis: cùm non eadē prorsùs requiratur vtrobiq. ratio virīū & constantia. Hactenus summa opinionis Massariæ. Cęterū, respōsio hęc virorū eruditissimorum futilis proculdubio est, & ficulnea, vt cuilibet veritatē expēdenti notum est. Nec enim facilè mihi persuadeo, istheę à calamo eorū ita excidere, vt sic prorsùs intelligāt, difficultatē omnē plenè enodasse. Nā robur virīū quod sufficit ad cōpletam expurgationē copiosam, potest haud dubiè sufficere ad mediocrē sanguinis detractionē. Proindè ex hoc sumi nō potest discrimē, an vtendū sit venæ sectione, an purgatione. Quod sanè diserte expendens Gal. cap. 12. lib. de sangui. missione, scopos auctos aut imminutos non mutare aliud, scribit, quàm quantitatē vacuationis. Idem profitetur. 1.

de

de humoribus.12.fol. 49.ac quid multis moror?nōné paſsim legimus.1.aphor.23. in vehementi dolore cū ſummo robore viriū, quale poſtulāt vacuationes factæ vſque ad animi deliquium, priùs diſtinctionem faciendam eſſe,an id miſsione ſanguinis,an purgatione exerceri debeat? igitur aduerſùs propoſitam reſponſionem,de Galeni ſententia,magnitudo affectus cū virium robore magno,quod tollerare poſſet venę ſectionem,non ſemper indicat venæ ſectionem, ſed interdum vberem purgationē. Porrò antequàm vlteriùs procedamus, rei veritatem priùs nos ex Gal. penu depromemus,& eam ſic paucis perſtringimus. Magnitudo morbi & virium robur ſemper indicant ex accidenti vacuationē,quia ijs ſcopis preſentibus, perpetuò adeſt affectus vel indicans per ſe venæ ſectionē,vel purgationē.Expreſſa & pręclara eſt Galeni ſententia.4.meth.6.ad finem, ita habens:prębeberi tamen vacuandi indicationem ab ipſa ęgritudinis vi ſeu magnitudine,in eo libro nō diximus,quia longiorē demonſtrationē hoc requirebat.&c.proindè iure admiratur Hippo. ſolertiam initio capitis, quòd in omni morbo indicationem ſumat à magnitudine affectus. Longa quippè rerum obſeruatione & demonſtratione opus fuit, ad hoc vt intelligeret, verū eſſe & perpetuū dogma in arte medica, magnitudinem morbi & robur viriū ſemper ſuggere indicationē vacuationis.Pronuntiatū hoc eſſe veriſsimū,cōfirmat in medio capitis,aiens:nunc illud docere volo,tū ipſam morbi magnitudinē ſiuè vim appellare

llare libet, pro indicatrice quadam sanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendę statuendum esse: tum verò Hippo. hanc omnium, quos nouimus, primum indicationem adinuenisse, &c. quibus luce meridiana clarius ostendit, hos scopos indicare sanè vacuationem; sed interdum eam sanguinis detractione factam, & quandoq. purgatione. Cæterùm, quòd per se hi scopi nusquàm indicēt venæ sectionem, sed per accidens, iam aduersus Massariā probare aggredior. Quippè per se magnitudo morbi indicat magnitudinem remedij, quod ipsi contrariatur: extremis enim morbis extrema exquisitè remedia optima sunt, 1. aphor. proindè non indicat semper & per se venæ sectionem, cùm alia multa sint magna remedia, quæ explere possunt istam indicationem, pro varietate causæ affectus magni, hoc aut illud requirentis. Atqui morbi magnitudo indicat interdū purgationem, & interdum venæ sectionem, Galeno teste. 4. metho. 6. 1. aphor. 23. &. 1. de humoribus. 12. ergo neutrum horum indicat per se, sed per accidens, seu per aliud, vel mediatè, scilicet, ratione affectus coniuncti per se postulantis purgationem, aut venæ sectionem. Nescio, an alibi clariùs id enunciauerit Gal. quàm lib. de sang. missione cap. 7. dicens: eadem ratione, in ijs quibus pars quæpiam grauiter icta est, aut vtcumq. incipientem habet inflammationem, eam si magnam fore suspicamur, curationem ab inanitione auspicamur, aut purgatorio medicamine exhibito, aut vena incisa, prout nimirum alterum alte-

ro

ro magis conuenire videatur. Hæc Gal. quæ abunde ſufficere poterant ad conuellendam opinionem Maſſariæ, ſcribentis: ſemper & perpetuò illos ſcopos per ſe indicare venæ ſectionem Rurſùm, eiuſdem autoris propria confeſsione quiſq. poterit illum iure redarguere. Nimirum, fol. 103. ita addit: porrò hanc rem vt planiùs intelligas; illud antè omnia eſt memoria repetendum, morbi magnitudinem ſanè indicare vel ſectionem venæ vel purgationem; at non ſimpliciter & proximè, ſed alijs præterea adhibitis legibus, quæ poſsint alteram ab altera ſeparare. &c. modò per te hi ſcopi non ſimpliciter & proximè indicant venę ſectionem, vel purgationem, ergo mediatè id præſtant; proinde non per ſe, ſed per accidens, ſeu per aliud, nempè, ratione affectus coniuncti alterutram requirentis. Ac tandem epaphæreſis Galeni libelli de ſanguinis miſsione primo capite, rem ita ſe habere, nos docet: quippe qui antè ſcoporum conſiderationem iubet, vt priùs diſtinctione intelligatur, an affectus poſtulet venę ſectionem, aut purgationē. Mirum profectò, quòd vir doctiſsimus & Galeni ſtudioſiſsimus, nihil obſtantibus dictis, rurſus eodem loco ſic addat: ego autem (ait) ita ſentio, ſi cum magnitudine morbi conueniant reliqui duo ſcopi, venam perpetuò ſecādam eſſe. Quod ſi quis nobis obijciat, in purgatione quoq. robur virium deſiderari, illud ego libenter fateor; ſed fieri poteſt, vt ægroti vires valeant quidem, ſed tamen ita valeant, vt ſectionem venæ, minimè purgationem, vel contrà purgationē,

minimè sectionem venæ ferre posint: adeò vt sit ve risimile, vtrumq. remedium propriam ac peculiarem virium firmitatem & modum postulare. Hæc ille, quæ, reor, prorsus sunt indigna tanto viro, vt iam ex superioribus liquet, & infrà latius explanabo iterum atq. iterum. Quippe is vir, alioqui disertus, vult, magnitudinem morbi per se indicare venę sectionem, vel purgationem: & posteà in distinctione & determinatione quid horum potiùs eligendum sit, confugit ad vires magis aut minus validas, quo nihil absurdius in arte medica. Minimè aduertit, has indicare non posse per se vacuationem vllam, sed potiùs permittere, seu coindicare. Minusque aduertens, robur virium magis aut minus auctum (vt prædiximus) non mutare speciem vacuationis, sed duntaxat quantitatem, vt eleganter Galenus docuit, de sangui. missione. 12. in principio, &. 1. de humoribus. 12. Rasario interprete in recens inuentis. Sic cum viribus imbecillis in corruptela sanguinis concedit modicam sanguinis detractionem, paulatim administratam in curatione per Epicrasin. 9. metho. 10. &. 5. metho. 14. sic & cum virium robore ingenti in dolore vehementi concedit interdum sanguinis detractionem vsque ad animi deliquium, & interdum purgationem copiosam, pro ratione & distinctione affectus hanc aut illam postulantis. 1. aphor. 23. citato. Ac quid plura? cùm ipsemet Autor Massaria fol. 48. rationem suæ positionis exarans, aperte fateatur, venæ sectionem morbi magni cau-

ni cauſam minuendo, ipſius magnitudinem ſummouere. Præclara profectò & veriſsima ratio, qua aperte ſua opinio funditùs corruit. Si enim venæ ſectio morbi magni cauſam tollit, aut minuit, certè contraria eſt cauſæ morbi, proindè ab ipſa cauſa morbi tunc per ſe indicatur. Quod ſi ita eſt, vt verè eſt, conſtat, morbi magnitudinem per ſe tunc non indicare venæ ſectionem, ſed ex accidenti ſeu per aliud, nempè, per cauſam morbi magni per ſe poſtulantem & requirentem venæ ſectionem. Per accidens ergo magnitudo morbi indicat venæ ſectionem, vel purgationem, ratione varietatis affectus coniuncti hanc aut illam indicansti. Cæterum, ſi veriſsima hæc ſunt, & palàm à Galeni penu deprompta, indè nihiloſeciùs euidenter ſequitur, non ſemper & perpetuò hos ſcopos per accidens indicare venæ ſectionem, aduerſus eruditiſsimum Valleſium. 7. controuerſiarum capit. 2. ſed ſolùm (vt diximus) quando magnitudo morbi pendet à cauſa aliqua poſtulante venæ ſectionem. Verba doctiſsimi viri hæc ſunt: igitur eſt noſtra ſententia, non proindè ſanguinis miſsionem eſſe neceſſariam, quòd magnitudo morbi cum virtutis robore coniuncta ſit, ſed quòd corpus laborat aliquo eorum affectuum, qui per ſe indicat ſanguinis miſsionem. Proindè ex Galeno eſt interpretandum, non indicari ſanguinis miſsionem à magnitudine morbi per ſe, ſed ex accidenti: quia nunquàm

Valleſii opinio confutatur.

cum

cum robore virtutis magnitudo morbi coniungitur, quin adsit affectus aliquis, per se expoſcens ſanguinis miſsionem. Nam idem Gal. de ſanguinis miſsione octauo, necenim (inquit) in magnitudine morbi vbi multitudo crudorum humorum congeſta eſt tanta, vt mitti ſanguinem prohiberet, ratio redarguitur, nam iſtis virium robur non adeſt. & infrà: igitur ex verbis ipſius Galeni magnitudo ex accidenti indicat miſsionem ſanguinis. Nūquàm enim mittimus ſanguinem, quin hæc adſint: (verum hoc) nec aliquando adſunt, quin debeat mitti: (hoc arbitror falſum) & quod ad artem medicam attinet, quod perpetuò indicat, perinde eſt, ac ſi per ſe indicaret. Hæc ille. & Paulò inferius dum molitur diluere obiectionem: videntur (ait) ergo eſſe ijdem ſcopi omnino expurgationis & mittendi ſanguinem, ſi non affectus qui hanc aut illam expoſtulant, expectaretur? neque tamen etiam ſi perpetuò indicare ſcopos hos diximus, quoties eſt expurgandum, mittendus ſanguis eſt: nam ad expurgationem non opus eſt tāta vi, quanta ad mittendum ſanguinem. Hucuſq. vir ille alioqui doctiſsimus, cui plurimum debemus omnes rei medicæ aſsiduam operam nauantes. Porrò animoſa veritate cogente nos, arbitramur, eius ſententiam partim veram eſſe, partim falſitatem apertiſsimam præ ſe ferre, in praxi multis imponere aptam: parcat tantus præceptor. Nimirum, nuſquàm dari morbi magnitudinem cū virium robore, quod tollerare poſsit venæ ſectionem, quin detur ſimul

affectus

affectus per se indicans venæ sectionem, & vena sit secanda, est profectò Galenicæ doctrinæ, rationi, & experientię oppositum & aduersum: vt liquet abundè ex allatis superius in refutatione opinionis Massarię Sed sunt eadem iterum atque iterum illustranda, & premenda. Nonnè ò lector candide, sæpe sese offert maximus flatuosus colicus affectus, cum viriũ robore aucto, quin sit necessaria sanguinis detractio? immò solet esse nocentissima, nisi coniungatur alius affectus per se venæ sectionẽ postulans, quique magis vrgeat. Nonne. 1. aphor. 23. imperat Gal. expurgationem copiosam in vehementi dolore, si affectus exposcit purgationem? liquet, hoc casu vires adeò constare, vt ferre possent vacuationem vsque ad animi deliquium: quam exercêre iubet adhibita distinctione. Non probo, quòd vsque ad animi deliquium sit expurgandum; corrigi enim debere Galeni contextum cum eruditissimis censeo: sed ex Galenica sententia apertè patet, cum virium robore aucto & morbi magnitudine, aliquando expurgandum esse, minimè sanguinem extrahendum. Nempè in affectibus magnis ex cacochymia extra venas, & ex cibo corrupto in ventriculo. Præterea, in hydrope ascite & timpanite quandoq. ita vires valent, vt possint perferre magna remedia, vt expurgationes crebras, & paracentesim, in ascite: & tamen nemo istos affectus venæ sectione curare audet, suadente Galeno. 4. acutorum; verùm tamen, euertamus, licet, fundamenta doctissimorum virorum, Vallesij

Argumẽta contrariæ opinionis diluuntur.

lesij videlicèt & Massariæ, quibus muniti sibi persuadent, magnitudinem morbi cum robore virium semper & perpetuò indicare venę sectionem: ita vt ijs positis scopis, semper & omninò sanguinis detractio administranda sit. Principiò, potissimum fundamentum depromit Vallesius ex Galeni autoritate, de sanguinis missione octauo cap. vbi ait: duos prædictos scopos sufficere, adhoc vt venæ sit secandæ: nam si in morbo magno adsit magna succorum erudorum copia, ratio non redarguitur, quia tunc vires non constãt. Respondeo, hoc casu, (vt ex verbis Galeni quæ proximè sub sequuntur, palàm fit) Gal. supponit adesse affectum per se postulantẽ & ex poscẽtem venæ sectionem. Sic enim mox ait: nam ex colore abundantiam sanguinis cognoscimus, cum pulsu inorditato modò magno modò paruo. &c. cùm ergò Gal. profitetur hìc, & alibi. 4 metho. 6. & 1. de humoribus. 12. solos duos scopos sufficere ad missionem sanguinis, intelligendum semper id est, in affectibus postulantibus venæ sectionem. Qui sunt; ex eiusdem Galeni decreto; 9. metho. 11. abundantia sanguinis, & sanguinis naturæ inutilis vitium, & motus seu impetus sanguinis. Quippè qui per se hi indicant perpetuò venæ sectionem, cum magnitudine morbi præsente, aut futura, & virium robore: quæ sunt annexa, aut requisita, vel cõditiones venæ sectionis exercendæ. Enim verò. 4. metho. 6. sic iterum posteris tradit: tametsi redundantis sanguinis concursus non adsit, ad ipsam tamen sanguinis missionem interdum

confu-

confugiendū: quando ſi valēs morbus ſit cū viriū robore, nemo eſt, qui ſanguinē nō mittat, qui vtique in artis operibus fuerit exercitatus. Quippè ipſos empiricos videmus, dū lapſus ab alto quis ſit, ad ſanguinis miſsionē cōfugere, quāquàm idē homo paulò antea ſanus fuerat, prorſusq; redūdantiæ ſanguinis expers. Ex quo patet, nō hoc eſſe, quod mittendū ſanguinē indicet, ſed magnitudinē morbi & virium robur, exceptis tamē à ſermone pueris. &c. hoc ſanè validiſsimū propugnaculū eſt opinionis Valleſij & Maſſariæ. Oſtendā tamē luce clarius, ex eiuſdē Gal. principijs, hoc eſſe intelligendū, vt diximus, cùm hi ſcopi ſunt cōiuncti cū aliquo affectu ex dictis, poſtulante per ſe venæ ſectionē. Id manifeſtū faciūt verba Gal. mox addita: quippè ipſos empiricos videmus, cū lapſus ab alto quis ſit, ad ſanguinis miſsionē confugere, quāquàm ſanguinis nō adſit redūdantia. Nimirū, cō ſtat, hoc caſu, aliū adeſſe affectum expoſcentē per ſe venę ſectionē, nēpè, ſanguinis impetū. Etenim in ſpeculatione venæ ſectionis methodicè exercendę, priùs docet facere diſtinctionem, an affectus poſtulet venæ ſectionē, vel purgationē, poſteà ſcopos neceſſarios cōſiderat, lib. de miſsione ſanguinis primo cap. proindè dùm perſcriptis verbis ait: ex quo patet, nō hoc eſſe, quod mittēdum ſanguinem indicet, ſed magnitudinē morbi & viriū robur; ita ex eodē interpretandū. Nō hoc eſſe ſolùm, quod mittendū ſanguinē indicet, videlicet plectoricū cōcurſum, ſed ſimul cum eo magnitudinem morbi & robur virium. Dices, hoc eſt ad

arbitrium

arbitrium interpretari? sed audi, & percipies, nos hęc minimè ad arbitrium finxisse, sic etenim ipse seipsum explanat, lib 1. de humoribus. 12. fol. 40. Rasario interprete: ac quemadmodum (ait) sanguis propter magnam ipsius copiam & morbi magnitudinem mittitur, sic purgatio propter alterius cuiusdam redundantiam, & morbi robur adhibebitur. Hæc clarissimè Gal. Expende hîc, vt propter vtrumq; non verò propter alterutrum duntaxat, & sanguinem mitti, & expurgationem adhiberi, posteritati tradidit. Quasi velit, scopos sufficere ad mittendum sanguinem, in affectibus eam postulantibus; & ad expurgandum identidem sufficere, in affectu exigente expurgationem. Quid multa? Nonnè protinùs. 4 metho. 6. addit Gal. nunc illud docêre volo, tum ipsam morbi siuè vim siuè magnitudinem appellare velis, pro indicatrice quadam sanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ statuendam esse? non igitur semper apparentibus scopis sanguis mittendus est, contrà Vallesium & Massariam. Id clariùs annuit infrà ad hunc modum: quid igitur? numquid etiam, dicet aliquis, sanguinem etiam mitti, interdum suadet Hippo. propter has dictas causas? mihi verò id quoq; iubêre videtur, &c. vide, vt asserat, interdum propter has dictas causas, nempè propter scopos, Hippocratem suadere, sanguinem esse mittendum, nõ semper. Quid, sodès, clarius? non iniuria profectò, (vt tandem liberè dicam) hîc obijci potest Massariæ, quod ipse aliàs in Fernelium obtrudit: sæpè accidere,

dere, vt elegantes & politi ſcriptores, verborum magis quàm rerum ſoliciti, parum animaduertãt, quàm vere & ad rem loquantur, dummodo numerosè & magnificè ſcribant. Etenim pudendus & noxius error in arte medica eſt, (ſi quis alter,) affirmare, dictos ſcopos per ſe ſemper & perpetuò venæ ſectionem indicare. Carpit hoc in negotio Trincauelliũ, & alios: ſed, vt ingenuè fatear, multò verius ſe geſſerũt hac in conſideratione ſcoporum Augenius, & Trincauellius; & ſi in numero affectuum per ſe poſtulantiũ ſanguinis detractionem, noxiè aberrauerit Augenius, vt in Apologia quoq. epilogo ſubnotauimus. Cæterùm, de ijs affectibus in genere poſcentibus venæ ſectionem, volo hîc iterum paucula in medium adducere, quòd omniũ vtiliſſima in praxi hæc ſint, proindè digna, vt iterum atq; iterum premantur. Ac antequàm illud aggrediar, lubet, calumniam Maſſariæ in Valleſium breuibus perſtringere: quæ fol. 97. operis de ſcopis, ita habet. Argumentatur Valleſius ex impoſsibili poſito, hũc in modũ: ego (ait) vlterius argumentũ producens, ex impoſsibili hypotheſi argumentor. Num ſi adeſſet morbus magnus ex cruditatibus cũ virtutis robore, ſanguis mitteretur? conſtat, quòd nequaquàm. Ergo ex accidenti fit, vt cum magnitudine morbi & robore virium ſanguis mittatur. Vix (ait Maſſaria) perſuadere mihi poſſum, hæc ex ore tanti viri excidiſſe. ſed quandoq; bonus dormitat Homerus. Supponit enim Valleſius, quod neq; per ſe eſt notum, nimirum, ſi cũ robore virtutis ſint

Calumnia maſſariæ in vallæſium

humores crudi, ſecandam non eſſe venam : imò verò ſententia oppoſita vera eſt. Hactenus calumnia Maſſariæ. Ac hîc perſpicuè (mea ſententia) prodit, ſe integrè non capere Valleſij rationem, quàm irridet : libenter enim carpit quiſque, quod non intelligit. Nam ſic procedit Valleſij argumentum ex Hypotheſi impoſsibili: num ſi adeſſet morbus magnus ex cruditatibus, cum virtutis robore, ſanguis mitteretur ? Conſtat, quod nequaquàm. &c. rectè profectò colligit, ſi ea cruditas ſit in ventriculo, omnino á ſanguine ſeparata. Ergo ex accidenti fit, vt cum magnitudine morbi, & robore virium ſemper mittatur. Optima ſane conſequutio, in qua non poteſt dari antecedens verum, & conſequens falſum. At quid, quæſo, opus fuit Valleſio argumentari ex hypotheſi impoſsibili, ſi iam ex poſsibili probatum abundè & aperte manebat, iſtos ſcopos vtcunque auctos ex accidenti indicare quandoque purgationem, & aliquando venæ ſectionem ? Nam in dolore colico vehementi à flatuoſo ſpiritu, dato virium robore, non ponitur neceſſariò venæ ſectio, ſed magis purgatio : ergo ex accidenti fit, vt hi ſcopi indicent venæ ſectionem. Ac audi, obſecro, longè digniorem cachinno conſecutionem Maſſariæ ? Si (ait) per Valleſium propterea quia in morbo magno ex cruditatibus cum robore virium non eſt mittendus ſanguis, ſequitur, ex accidenti fieri, vt cum morbo magno,

gno & robore virium ſanguis ſemper mittatur: an non ex lege contrariorum licebit nobis ſic argumentari: propterea quia in morbo magno ex eruditatibus ſecanda eſt vena, per ſe fieri, vt in morbo magno cum robore virium ſanguis perpetuò mittatur? Hucuſque ille, Sed infida eſt conſecutio, cùm antecedens aliquando verum ſit, & conſequens perpetuò falſum. Atqui quid opus ijs apud Maſſariam, qui cùm non poſsit, noxiam opinionem præclaris rationibus tueri, ad dialecticæ ſophiſmata confugit? profectò in re tanti momẽti, nimiſque ſeria, omninò turpe ſit, argutias & vanos paralogiſmos in medium adducere. Porrò vt præhabitis aliqua etiam annectamus minimè contemnenda; quid quod Galenus in vehementi quoq; hery ſipelate exquiſito lib. decimoquarto methodi cap. tertio, & ſecundo ad Glauconem, venæ ſectionem reſpuit, medicamentum expurgans cholagogum probat? Reſpondet Maſſaria; ſui operis fol. 90. in principio, Galenum non alium ſcopum Sibi tunc ob oculos propoſuiſſe, quàm ſucci noxij abundantiam, quæ illius morbi eſt cauſa: ad quam explendam indicationem, certum eſt, purgationem eſſe accomodatiorem ſectione venæ. Alteram verò (ait) indicationem quam ſuggerit morbi magnitudo; prætermittit hîc & aliàs frequentiſsimè. Tamen rogo Maſſariam? nonnè in cacochymia magnitudo morbi præſtat etiam indicationem expurgationis, ex

eiusdem Galeni principijs. 4. metho. 6. & primo de humoribus 12. Ineptissima ergo est eius responsio: si quidem indicationem purgationis hoc casu quoq; suggerit heryspelatis magnitudo. Proinde eam hîc non prætermittit Galenus, si quidem. 2. ad Glauconẽ ita ait: non tamen in talibus sanguis mittendus est, sed ventrem tantum modo expurgare sufficit: si verò affectio parua fuerit, nec hoc facere est necessariũ, sed sufficit acri clesteri vti. Hæc Gal. vide, vt non prætermittit indicationem quam suggerit magnitudo morbi, ad expurgandum in curatione heryspelatis. Plurimi probatę doctrinæ viri Galenum carpere non verentur, imperantem in heryspelate exquisito purgationem, repudiantem verò venæ sectionem: è quorũ numero est Lupeius libello suo đ placitis Galeni. Cæterũ, reor, non prorsus Gal. repudiasse venę sectionem in curatione exquisiti heryspelatis, sed docuisse nos, in hoc affectu vtiliorem esse purgationem. Nimirum, iuuat moderata venę sectio, revellendo, ex accidenti refrigerando, & vacuando vicio sum sanguinem, si modò vires ferant. Sed longè vtilius hæc omnia pręstare potest expurgatio, vt potè quæ sit adæquatius remedium cacochymię: nam lib. de purgantibus medicamentis ob id scribit, nullum præsidium efficacius adhiberi in heryspelate medicamento expurgante cholagogo. Hoc profectò est, quod persuadet. 13. metho. dum ait: loco sanguinis missionis vtemur purgatione. Quod si. 2 ad Glauco emnasserat, non tamen ex vena in talibus sanguis mittendus

mittendus eſt, ſed ventrem tantummodo expurgare ſufficit; intelligendum illud eſt, vbi vires non cōſtāt bene, vitioſuſq. ſuccus plurimus eſt, ſanguis verò bonus paucus: quod ſæpe accidit in hoc affectu, quippe qui corpora cocochyma & bilioſa potiſsimum afficit, quibus ſanguis bonus exiguus eſt, proindeq. ſanguinis miſsionem non ferunt. Tamen ſi bilis miſta in vaſis ſit cum ſanguine non pauco, vireſq. conſtāt, tutò ſolemus primò ſanguinem mittere in hery ſipelate exquiſito, deinde expurgare, vtramq. indicationem explentes. Sed ad intentum rediens, tandē volo hîc Galeni præclariſsima verba alibi citare, quibus ita aperte noſtram ſententiā in conſideratione ſcoporū explanat, vt nihil clarius: etenim cunctis manifeſtum facit, præter ſcopos ex alijs deſumendam eſſe diſtinctionē, an vena ſit ſecāda, vel expurgādū. lib. 1. de humoribus. 12. fol. 40. in recens inuētis Raſſario interprete, ſic ſcribit: multæ cauſæ ſunt, vt quidam venæ ſectionē, quidam purgationē, quidā aliud denique remediū exigere videantur. Nihil tamē niſi adhibita diſtinctione faciendū: niſi velis, multos in faciendā medicina errores cōmittere. Equidē Hippo. diligentiā cùm in alijs rebus omnibus, tum vel maximè in eo commendo, quòd ſcopum eum, qui non in vno alterò ve morbo ſolùm, ſed in omnibus ad purgationem indicandam præſtet cęteris, non omiſerit. Is autem, ex ipſius ſententia, eſt, qui ab affectus magnitudine ſumendus eſt, quem omnes ferè neglexerunt. Atque empirici quidem aiunt, ſe obſeruaſſe,

Idem eſto iudicium de tertiana ex qui fita

euacuationem tum denique faciendam esse, cùm suus ille plethoricus concursus factus sit. Et tamen fit interdum, cum non adsit plethoricus concursus, vt mittendus sanguis sit. Si enim morbus valens sit, vires q; ægroti robustæ, nemo erit, qui in medicina faciendâ sit exercitatus, qui non videat, esse sanguinem mittendum. Ac quemadmodum sanguis propter magnam ipsius copiam, & morbi magnitudinem mittitur: sic purgatio propter alterius cuiusdam humoris redundantiam, & morbi robur adhibetur. Hæc Gal. ex qua verborum serie palàm omnibus fit, ex sola magnitudine morbi & robore vicium non simi discrimen venæ sectionis, aut purgationis, sed ex affectu simul coniuncto cum morbi magnitudine, postulante venæ sectionem, vel purgationem: vt superiùs diximus, & inferiùs notabimus. Proindè quando hîc & alibi Gal. tradit, si morbus valens sit, vires q; ægroti robustæ, nemo erit qui sanguinem non mittat, intelligit id luce clarius de morbo valido exposcente venæ sectionem: qui sanè fit ab abundantia sanguinis, vel à vitio sanguinis, vel motu sanguinis: vt mox ex Galeni placito latiùs explanabimus. Adeó perspicuè hæc tradita sunt, vt nihil clarius. Atqui iam colophonem addens considerationi scoporum, non possum iterum non ægrè ferre, quòd sibi persuadeant viri alioqui peritissimi & excellentissimi, satis diluisse rationem superiùs allatam, quæ tamen funditùs euertit eorum opinionem, ita scribentes: nec tamen

men etiam ſi perpetuò indicare ſanguinis detra-ctionem ſcopos hos diximus, quoties eſt expurgan-dum, mittendus ſanguis eſt: nam ad expurgationem non opus eſt tanta vi, quanta ad mittendum ſan-guinem. ijs tandem concludunt, tantum robur vi-rium quod tollerare poſsit venæ ſectionem cum morbi magnitudine, sẽper & perpetuò venæ ſectio nem indicare. Nec vnquàm hos ſcopos ſic con-iungi, quin exercenda ſit venæ ſectio. Quod ta-men eſſe maximum abſurdum in arte medica, iam abunde eſt probatum vſu cunctorum verita tis amatorum. Profectò perperàm conſultum eſ-ſet humanæ ſaluti, ſi in praxi ijs ſolùm ſcopis me-dici ducti, indiſcriminatim in omnibus affectibus citrà delectum & diſtinctionem venam tundant. Nec, arbitror, vllam eſſe ſententiam Hippocra-tis, & Galeni doctrinæ, atque adeò veritati ma-gis aduerſam, & contrariam. An, non præſtite-rat meminiſſe Hippoc. & Gal. in principijs mor-borũ ingentium ex turgenti materia; expurga-tionem completam, & abſolutam commendaſ-ſe? ac tunc temporis ſic vires valere poſſunt, vt tollerent ſanguinis detractionem, ſiquidem mor-bus eſt in principio; & valida purgatio magnum robur virium poſtulat: & tamen ex decreto Hip-poc. expurgamus primò, non mittimus ſangui-nem: ſi turgens humor ſit à ſanguine ſepara-tus. Alioqui, ſi turgens materia ſit cum ſanguine

non pauco mista, cum viriũ robore & morbi magnitudine, non dubito, primum locum habere sanguinis detractionem, deinde purgationem. Porrò præter alia hoc etiam adduximus exemplum, vt cuncti probatam insequentes doctrinam noscant, præsentibus scopis quantumuis auctis, non perpetuò administrandam esse venæ sectionem, sed interdum purgationẽ. Sic in schiade magna commendat venæ sectionem, cap. 9. de sanguinis missione: sed cap 17. addit, distinctionem aduertendam esse, dum modò non ex frigore, sed impletis sanguine venis in coxa arthritis proueniat. Atqui scopos auctos, aut non auctos quãtitatem vacuationis mutant, non speciem: ita dicente Galeno. 1. de humoribus citato, fol. 49. illud verò non est nobis ignorandum, scopos cùm augentur, indicio esse, copiosiorem fieri euacuationem oportere: cùm non augentur, tantum esse de copia euacuationis detrahendum, quantum illi sint imminuti. Hæc ille. dum taxàt pro complemento non sit silentio inuoluendũ, purgationẽ in affectibus magnis ex cacochymia interdum administrari vacuationis gratia, & quandoq; etiam reuulsionis ergo, vt hoc commentario Gal. tradit, &. 4. metho. 6 ex Hippo. lib. de vlceribus. Sic. 13. metho. 11 in affectibus capitis expurgans aluum medicamentum reuulsorium auxilium est. Ac quid facies Massariæ prædicantis se Galeni studiosissimum, qui tamen Hippocratis, & Galeni oblitus scribat, fol. 266. certum esse, Hippo. & Gal. istius modi reuellentis purgationis nusquàm

quàm meminisse: quam(ait)non essent prætermissuri, si modò eam iudicarent rationi consentientē & salutarem? hactenus itaq; de scopis venæ sectionis: nimis multa, annuente Domino, de expurgatione posteà dilerturi.

LAVS DEO.

DE AFFECTIBVS IN genere expetentibus per ſe venæ ſectionem: Pars altera.

CAETERVM, de affectibus à quibus per ſe ſumitur indicatio ſecandi venam, præſentibus virium robore, & morbi magnitudine, non pigebit, aliqua ex Galenicis decretis, more noſtro, compendiosè delibare. Nimirum, in genere hi affectus tres ſunt, apud Galenum in libris de Methodo medendi, vbi ſerió, & ex profeſso cuncta eleganter tradidit, quæ ad hanc pertinent materiam. Sanguinis plenitudo, corruptela ſeu vitium ſanguinis, & motus ſeu impetus ſanguinis. Duo priores; præſentibus ſcopis, detractionem ſanguinis vacuatoriam indicant: poſterior verò, eiſdem intentionibus coniunctis, reuulſoriam. Luculenter cuncta hæc poſteris tradidit, libro nono Methodi capit. vndecimo. Ita aiens: memineris verò mihi, ad ea quæ dicenda ſunt, quorum cauſa venæ ſectio petitur; & quoniam hæc ſanguinis vacuandi cauſa adhibetur, ſanguis autem vtilis naturæ eſt, antique probe hanc adminiſtrari conueniet, ſic vt quod inutile naturæ ſit, emittat. Fit autem ſanguis naturæ inutilis bifariam; vel cùm propriam qualitatem ad vn-

ad vnguem non ſeruat, nec amplius nutrire ſicut prius, cum vtilis eſſet, poteſt: vel cùm ita multitudine creuit, vt aut vires premat aut tum venas, tum arterias vel diſtendat, vel findat, vel obſtruat, ac in ijs quidem miſsio ſanguinis vtilis, eſt, ceu vacuantium præſidiorum vna: in alijs, ceu, quod humorum vehementiorem impetum ad diuerſam partem reuocet, vel ad latera deriuet. poſtulat autem ſemper valentes vires, quę modo vacuationis eius reſpondeant. Ad hæc igitur reſpicientes ſanguinem detrahimus, alias bis, vel ter, vel ſæpius, vt in ſequentibus patebit. Hactenus aurea Galeni autoritas, quam iure merito memoria ſempiterna contineri præcipit: vt potè quæ breuibus perſtringat tres dictos affectus per ſe uenæ ſectionem poſtulantes, & eam ſemper & per petuò indicantes, præſentibus Scopis; nempe, magnitudine morbi, ab ijs cauſis emanante, & virium robore. Hoc Subintelligit, dum addit, poſtulat autem valentes uires, &c. in vniuerſum ergo tres hîc proponit affectus, quorum cauſa venæ ſectio petitur. Videlicet, plenitudo ſanguinis, vitium ſanguinis tale, vt inutilis Naturę ſit ſanguis, ſiue actu, ſiue potentia propinqua, & motus ſeu impetus ſanguinis prętenaturam fluentis ad aliquem locum. At qui in explanatione huius ſententiæ ſubnotauimus in noſtra Apologia medica, excuſſa anno 1593. toto cœlo aberrare illos, qui ſibi falſò perſuadent, Galenum voluiſſe, ſolam plenitudinem cum Scopis poſtulare venæ

lare venæ sectionem vacuatoriam: minimè verò hanc requirire sanguinem vitiosum seu corruptum, sed huic deberi reuulsoriam venæ sectionem, non vacuatoriam. Doleo profectò, quòd sic ineptè & distortè Galenicam sententiam aliqui nō vulgares, interpretentur: eo magis mirari subit, quòd doctissimus Lemosius, quondam mihi rūdimentorum dialecticæ præceptor amantissimus, ita sentire videatur, in suis commentarijs eruditissimis ad libros. 12. Galeni methodi medendi, sic subsultim expendens istum contextum: ac in ijs quidem sanguinis detractio vtilis est, seu vacuantium præsidiorum vna, nempè, in plenitudine: in alijs, seu quòd humorum vehementiorē impetum ad diuersam paritem reuocet. in alijs (ait) id est, sanguine qualitate peccante. Quod planè alienum est à mente Galeni. Nimirùm, sanguis qualitate peccans, ita vt naturæ sit inutilis, ea ratione qua inutilis, postulat venæ sectionem vacuatoriam, non reuulsoriam: nam hanc requirit impetus sanguinis siue vtilis, siue inutilis. Id luce clarius insinuant Gal. verba hæc. Nam quoniam hęc sanguinis vacuandi causa adhibetur, vtique probè hanc administrare conueniet, sic vt quod inutile naturæ sit, emittat. Fit autem sanguis naturæ inutilis bifariam, vel cùm propriam qualitatem ad vnguem non seruat, nec amplius nutrire, sicut prius cùm vtilis esset, potest. &c. & clariùs suprà cap. 10. quod corruptum est, id alienū à natura est, quod tale est, id se auferendum dictat: affectus nanque corruptelæ vacuandum esse præci-

pit,

pit, idque vel vena inciſa, vel purgatione. &c. ſanguis ergo qualitate peccans naturæq. inutilis vacuationē indicat, & poſtulat. Fortè aliqui ducuntur, vt dicto modo Galenum hac in parte interpretentur, propterea quòd cum Augenio & alijs neotericis admodū noxiè ſibi perſuadent, venam ſecandam eſſe in febribus putridis ſolùm præſente plenitudine, nuſquā ſine illa. Qui tamen quantum deuient à veriſsima Galeni mente, fuſiùs probauimus, loco citato Apologiæ noſtræ. Fateri itaq; cogentur cuncti probatæ doctrinæ amatores, in præſenti Galeni textu, particulam illam (in ijs quidem) relationem facere, tam de ſanguine qualitate peccante, vitioſo, & inutili, quàm de quantitate peccante: quippè vterq; requirit venæ ſectionem vacuatoriam, vt palàm Gale. initio contextus docuit. In alijs verò (ait Gale.) hoc eſt, in impetu & motu ſanguinis, ſeu quòd humorum vehementiorem impetum ad diuerſam partem reuocet, vel ad latera deriuet. Etenim decubitus & impetus præternaturam ſanguinis ad partem aliquam, ſiue vtilis ſit is ſanguis, ſiue inutilis, reuulſionem indicat. Porrò demonſtremus apertiùs, ſanguinem inutilem & vicioſum, præſente aut futura magnitudine morbi & virium robore, primò & per ſe indicare in principio morborum ſanguinis detractionem, deinde concocto morbo, puargationem. Nam ſi quod corruptum eſt, ſe auferendum dictat, vt Gal. prodidit. 9. metho. 10; qua via facilius ſanguinem vicioſum & corruptum auferes, crudo adhuc

morbo

morbo existente, quam secta vena? Concocto verò morbo, cum natura iam impuros & vicioſos ſuccos à purioribus ſecernat, & humores eductioni contumaces non ſint, natura quoque adminiculante, locum idoneum habet expurgatio. Hoc profecto eſt, quod poſteris tradit Gal. 9. Meth. citato, dum inquit: affectus corruptelę vacuandum eſſe præcipit, vel vena inciſa, vel purgatione. Sic. ſ. Methodi 14. vicioſum ſanguinem ſecta vena paulatim educit, & paulatim expurgat, viribus quoque non admodum conſtantibus, in curatione per epicraſin. & 8. methodi cap. 4. ad vacuationem vicioſi ſucci inixti cum ſanguine, commendat venæ ſectionem, etiam citra plenitudinem. Quo loco non eſt tolleranda Augenii interpretatio, cenſentis, inibi ad deponendam plenitudinem, & non ad vacuandam cacochymiam cum ſanguine miſtam, adminiſtratam eſſe venæ ſectionem. Quippe in propatulo verba Græca oppoſitum indicant, quæ ita habent. ΒΕΛΤΙΟΥΡΑΣ ΣΗΗΣΥΩΘΔΥΤΔ ΤΟ ΠΛΣΟΥ ΤΣ ΗΛΗΟΧΥΜΙΔΣ id eſt, melius enim eſt, euacuata redundantia cacochymiæ. hûc idem Galenus reſpiciens. 3. aphor. 20. ſanguinis profuſiones plenitudinem & humorum pravitatem vacuando, ſic prohiberi ab ijs morbos fieri omnino eſſe manifeſtum, annuit, & ſcribit. Nam ſi cacochymia miſta ſit cum ſanguine non pauco, vires conſtare poſſunt, tuncque magnitudine morbi præſente aut futura, maius præclariúsue emolumentum ſequitur ex venæ ſectione, vacuato nocuo ſuco cum

co cum ſanguine miſto, quàm nocumentum ex vacuatione ſanguinis boni, & aliqua virium iactura, quia ſupponimus vires eſſe valentes. obijcies? Cum vicio ſanguinis, & corruptela, effatu digna vires conſtare non poſſunt, proinde timet vacuationem Galenus, viribus non conſtantibus, præſertim, ſi adſit humorum corruptela, 9. Meth. 10. Reſpondendum, hîc Galenum agere de copioſa vacuatione, quam in ſinochis laudauerat, & quæ verenda eſt in humorũ corruptela, in qua vires ſummum robur obtinere non ſolent, quod par ſit vacuationi extremæ: at moderatam ſanguinis detractionem optimè ferre vires poſſunt in ſanguinis corruptela. Præſertim ſi ea extrema, & vehementiſsima non ſit. Nempè, triplicem offendimus ſanguinis corruptionem, vt ex Galeni placitis poterit quiſque deducere, Secundo aphoriſm. decimoſeptimo ad finem. Quædam leuis, & facilis, quæ alteratione emendari poteſt: Eaque alterationem, & concoctionem indicat. De qua loquitur Gal. artiſmedicæ 89. dum ſcribit, putredinem alterationem indicare. Et vndecimo methodi decimotertio, in ſemiputridis concoctio ex aduerſo reſpondet. Alia eſt magna, vt ſanguis ita iam diſtet à mediocritate, & ita magnam mutationem præternaturam ſortitus ſit, vt à natura amplius vinci regique nequeat, nec probus & laudabilis reddi queat. Hæc alterationem non indicat, vt potè quæ emendari à natura non poſsit, vt

vt vinis

vt vinis accidit; quæ planè acuerunt. Ista est, quæ proprie corruptela medicis nominatur, Galeno teste ad finem citati commentarij lib. secundi aphorism. & quæ venæ sectionem postulat primò, deindè purgationem: eodem autore. 9. methodi cap. 10. & vndecimo: si vires ferant, & morbi magnitudo præsens, aut futura suspicetur. Sed quia cum ea vires vt plurimum non constãt benè, proindè non vacuamus tunc affatim, vt postulat affectus; nisi paulatim & sensim in curatione per epicrasin: id que si vires deiectæ non sint. Tertiam tandem ex ijs necessariò nos deducimus sanguinis corruptionem mediocrẽ, veluti medium inter extrema, qua cum vires constare possunt. Atqui hæc identidem cum magnitudine morbi & virium robore venæ sectionem postulat, & indicat, præsertim in febrium principijs: quia protinus fit omnino inutilis nisi cõfestim vacuetur sic corruptus sanguis. concocto verò morbo, exigit purgationem. Si hæc probè expendis, Galeni mentem assequeris. 9. metho. 10. scribentis: de corruptela humorum tempestiuum est, mentionem facere, quò omnes venæ sectionis indicationes in hoc libro decidamus. & infrà. affectus corruptelæ vacuandum esse præcipit, vel vena incisa, vel purgatione. Per contaberis? quî fieri potest, vt cum viribus imbecillis in corruptela admittatur à Galeno modica paulatim administrata venæ sectio, cùm perpetuò adesse debeant scopi in omni venæ sectione? dic, non esse illã imbecillitatem virium absolutam, sed respectiuam: nempè,

nempe, collatione facta ad virium robur magnum. Quam obrem in propoſito caſu non redarguitur ratio ſcoporum. Hinc in propatulo erit Galeni doctrina, Artis medicæ. 89. cuncta quæ diximus de ſanguinis corruptela, illuſtrans: nimirum, putridos humores in vaſis indicare alterationem, & vacuationem. Vacuationem quidem per venæ ſectionem, per menſes, per cliſteres, &c. Proindè arcenda eſt opinio Augenij 4. de ſang. miſſ. 9. aſſerentis: corruptum ſanguinẽ nuſquã indicare venæ ſectionem, ſed purgationem: non aduertit gratia corruptelæ ſæpe Galenum laudaſſe venæ ſectionem, vt ex allatis probatum eſt abundè. minus aduertens, in principijs febrium ex humorum corruptela, præſentibus ſcopis, methodicè locum habere venæ ſectionem: minimè purgationem, niſi coactè in particularibus, 1. aphor. 22. & 2. aphor. 29. ſuæ opinionis rudimentum depromit ex verbis Galeni vndecimo methodi cap. qua undecimo, quæ ita leguntur. Verum quia nec obſtructio nec putredo Curari per ſanguinis miſsionem poteſt, vt quæ alia remedia, ceú priùs eſt monſtratum deſiderant: reponi ſanguinis aliquid, ad curationis ſpatium debebit, quo minus intempeſtiuè nutrire, neceſsitate vlla cogamur, &c. quæ ſanè parum aut nihil prædictæ veritati, quam ex eiuſdem Galeni principijs retulimus, obſtare poſſunt. Nimirum, probat iſthæc ſententta, ſolam venę ſectionem non eſſe per ſe remedium adæquatum putredinis, & abſtructionis: ſi quidem integrè & completè ſolo iſto remedio nõ

*** ſolent

ſolent medicari. Minimè tamen inficiatur, ſanguinis detractionem per accidens poſſe eſſe remedium putridinis, & obſtructionis, quatenus educit & euacuat portionem aliquam humorum putridorum, aut obſtruentium actu, vel potentia. Venę ſectio igitur ſola non curat putredinem integre, & abſolute: Cum alijs etiam auxilijs ad perfectam eius curationem ſit opus. Hoc & non aliud hîc Galenum profiteri, cunctis probatę doctrinę notiſsimum fore, reor: præſertim cum Aetius græcus autor egregius noſtram interpretationem confirmet, lib. ſecundo ſermone primo, 75. in medio, ſic eandem referens Galeni ſententiam. Quando quidem vero nec obturatio nec putre factio curari poteſt per ſolam venę ſectionem, cum alijs auxilijs opus habeant: reſeruare, aliquid ſanguinis oportet, ad curationis tempus, vt ne neceſsitas alicuius ingruat ob inopiam, intempeſtiue nutriēdi. Hęc Aetius. profecto mirari ſubit, quod hęc ita non expenderit doctiſsimus Augenius: immo verbis Galeni non probe animaduerſis, crediderit, corruptelam ſanguinis, & vitium eius nuſquam poſtulare venę ſectionem, ſed ſemper ſolam purgationem. Aequam pudendus & noxius is error ſit, palam ſuperius allata oſtendunt. De plenitudine cenſendum eodem modo (vt varię Galeni autoritates concilientur.) Ipſam per ſe indicare vacuationem in genere; ſed cum ſcopis venę ſectionem indicat: vt verba citata primi de humoribus. 12. docent. perinde iudicandum de ſanguinis impetu. Et enim ipſe per ſe indicat reuulſionē

quan-

quancumque: Sed cum Scopis eam quę venę sectione fit. & quia de ijs scribunt neoterici satis superque, ne videar, actum agere, ad alia propero. duntaxat nobis non sit hîc silentio inuoluendum, in reuulsionibus venę sectionibus administratis, perpetuo esse obseruandum, vt fiāt seruato ΗΔΤΕΥΞΗΥ, Hoc est, secundum rectum, vel in rectum laborantis partis, ex Galeni sententia, libro de sanguinis missione cap. 14. quę vero rectitudo sit ista, num longitudinis, an fibrarum, vt volunt aliqui celebres, forte alibi disputabimus. Vt cumque sit, cuncti fere experientia probatam habemus Hipp. & Galeni sententiam, toties inculcatam, nimium venę sectiones prodesse, quę in rectū fiūt laborantis partis: quę vero ex opposito latere aut nihil iuuant, aut parum, & longo post tempore. quamobrem 13. methodi cap. vndecimo, in inflammationibus iecinoris laudat sectionem internę venę brachij dextri: oppositam autem brachij sinistri prętermittit silentio. porrò doctissimus Ludouicus Colladus, suo de indicationibus cap. 23. in inflāmationibus iecoris, nihil referre, ait, vtrā internam venam seces, dextrā an sinistrā, cū vtraq; secta ęquè iuuet. Locus sane hîc erat debacchandi in eū, virum alioqui doctissimū, & eruditissimū, quod subsultim expenderit Galeni doctrinam, vbique Commendatam. & licet ratio ex anathome illi fauère videatur, pluris æstimanda haud dubiè est experiētia, ass idua decretum Hipp & Galeni firmans, quàm ratio, quæ sensui reluctatur: cui credere non decet, vt scribit

Ariſt. lib. de mundo ad Alexandrum. ac tandem, vt finem huic commentariolo imponamus, euertere oportet quædam procidua fundamenta, quibus nunitus Augenius, ſibi perſuadet, Sanguinem inutilem & vitioſum ſeu corruptum nuſquam poſtulare venę ſectionem: nec eius ratione vnquàm ſanguinẽ eſſe mittendum, præſentibus etiam ſcopis. Obtrudit ex Galeno, vndecimo methodi cap. octauo, docente curare, & euacuare, quę putruerũt, nulla ſectionis venę mentione facta. Tanquàm igitur (ait Gal.) in jis corporibus quæ non viuunt, ac putreſcunt, primũ quantum eorum jam computruit, ſeparãt, deindè ei quod reliquum eſt, in frigidum aerem ſublato, perſpirationem refrigerantem moliuntur: ita vtique & putredinẽ quæ in viuiſ eſt orta ſanabimus: id ſcilicet quod jam corruptum eſt, omni ratione vacuantes: quod reliquũ eſt, moderatis motibus, & refrigerante perſpiratu ad exactam ſymmetriam reducẽtes. Ac vacuationem illius, per vrinam, dejectiones, vomitum, ac ſudores moliemur. &c. & ſequenti cap. ergo expellẽda quę putruerunt, per vrinas, aluum & ſudorẽ ſunt. Quod ſi ad os ventriculi impetum aliquando capiãt, etiam per vomitiones. Hactenus Gal. Cęterum, & ſi alij aliter reſpondeant, mihi deridiculum argumentũ videtur. Quippè in præſenti contextu reticet in particulari venæ ſectionem ad uacuationẽ putridi & corrupti ſanguinis, quia jam ſatis ſuperque ad id eam in ſuperioribus commẽdauerat, lib. 9. cap. 10. & cap. vndecimo, & ad evacuationem vitioſi ſanguinis identi-

dem,

dem,8.methi.cap.4.ſed & hîc etiam comprehendit omnium præſentiſsimã venæ ſectionem ad euacuanda putrida,dum ait in genere : quod jam corruptum eſt omni ratione vacuantes. Quis enim jure affirmare audebit,dum Gal.hoc loco probat omnem rationem vacuandi putridos humores, reijciſſe omnium vacuationum potiſsimam ſanguinis corrupti detractionem? porrô ſpeciatim ſolum meminit euacuationis per vrinas,per feceſſum,per vomitum, per ſudorem:quia de ijs hucuſq.mentionem non fecerat : & vt latenter inſinuaret,non ſolam ſanguinis detractionem,ſuperiùs ad hoc probatã,ſufficere , ad vacuanda quæ putruerunt;ſed alijs etiam opus eſſe:id quod poſteá cap.14.palàm profitetur. Sic dum hanc indicationem vacuationis putridi ſanguinis explet, Artis medicę 89.citato,priori loco refert venę ſectionem: poſteá rationes alias vacuandi quę putrida ſunt, exequitur. Sic:9.methodi.11. memineris verò mihi , ad ea quę dicenda ſunt,quorum cauſa venę ſectio petitur,& quoniam hęc ſanguinis vacuandi cauſa adhibetur,vtique probè hanc adminiſtrari conueniet,ſic vt quod inutile naturæ ſit,emittat. Fit autem ſanguis naturę inutilis bifariam,vel cùm propriam qualitatem ad vnguem non ſeruat,nec amplius untrire , vt anteà cúm vtilis eſſet , poteſt. vel ita multitudine creuit,&c.horũ ſané meminiſſe jubet, ad ea quę dicenda erant:quaſi diuinans futurũ aliquem ita oblitione correptum,vt cúm videat Galenum eundem cętera remedia accommoda ad vacuandos putridos

ſuccos

succos enumerantem, & reticentem in particulari venæ sectionem, quia jam abundè eam superius cõmendaverat; hinc tamen arripientem occasionem siculneum sibi persuadendi, venæ sectionem non esse accommodam, ad uacuandum putridum & corruptũ sanguinem, cũ tamen omnium in principio morbi, præsentibus scopis, sit præstantior,, tutior, & vtilior: vt ex allatis abundè liquet. addit demum Augenius aliud æquè siculneum argumẽtum, quo nihilosecius probare molitur, venę sectionem minimè esse accõmodum remedium ed euacuandos putridos humores. Nam venę sectio simul vacuat vtile, & inutile, at purgatio vitiosos solúm & putridos. Ac noluit expendere vir alioqui doctissimus, existente robore virium & morbi magnitudine, in principijs febrium maximè, hoc est, toto cruditatis tẽpore, longè pręclarius iuuamentum subsequi ex venę sectione, vacuato putrido sanguine, quàm nocumentum ex vacuatione innocui, & ex aliqua jactura virium. Sed & ex purgatio non solos synceros putridos & vitiosos succos educit, immósimul aliquos vtiles & non putridos. Nimirum, rhabarbarum promiscue & citra delectum trahit bilem tam putridam, quàm non putridam; atque etiam pituitam: & tamen pręclarius subsequitur commodum ex purgatione putridi, quã detrimentum ex vacuatione innoxij, & ex dissipatione spirituum. tedet profectó, amplius cũ similibus nenijs conflictari; proindè ad maiora, quę in sequentibus me spectant, jam accingor.

FINIS.

INDEX RERVM MEMORABILIVM CENSVRIS Apologiæ contentarum, veluti epilogus omnium: addita quibusdam idonea explanatione.

Madarosis, id est, defluuij capillorũ tres sunt causæ, cutis raritas, defectus alimenti, & vitiosus succus, fol. 1. & 2.

Pili non nutriuntur verè: fol. 2.

Quidquid Lemosius in oppositum, primo de naturalibus facultatibus cap. septimo.

Temperamento calido & sicco præditi sunt hirsuti: at incolentes regiones nimium calidas & siccas tales non sunt, fol. 2,

Censura 2. de morbo gallico & hydrargyro, fol. 4.

Argentum viuum non expurgat humores crassos per os, quia repellat de extimis ad intima, fol. 4. & 5.

Argentum viuum non est frigidum ordine quarto, contra Matthiolum. Nec calidum eodem ordine, & exurens crassarum partium, aduersus quosdam, fol. 6. & 7.

Censura tertia de dolore, fol. 8

Dolor qua ratione dicatur corrupta actio. fol. 8.

Doloris causa proxima est diuortium continui, contra Augenium. Soluntur eius rationes, fol. 8.

INDEX.

Solutio continui in dentibus Cur non perinde intenſum excitat dolorem. ac mala intemperies fol. 9.

Cenſura. 4. de phrenitide. fol. 10.

Andelirũ cõtinũ ſit ſignũ potognomonicũ phrenitidis. f. 10.

Inflãmatio ſepti qua ratione excitat deliriũ cõtinuũ. fo. 11.

Cenſura. 5. de rectricis facultatis ſede. fol. 12.

In ſubſtantia Cerebri caua magis reſidẽt rectrices facultates. fol. 12. & 13.

Cenſura 6. de curatione phrenitidis. fol. 13.

Num vinũ phrenitide affectis cum virium imbecillitate ſit propinandum. fol. 13.

An in phrenitide cum plenitudine totius prius ſit media ſecanda quám humeraria fol. 14 & 15.

Num expurgatio in phrenitide ſit vſui. fol. 15.

Num delirium ſit ſignũ potognomonicũ Lethargi. fol 16.

Phrenitis qua ratione degenerat in Lethargum, & cur vehementiſsimè phrenitici moueantur. fol. 16. & 17.

Vertigo interdũ fit á cauſa calida. Cenſura. 7. fol. 17.

Cenſura octaua de Epileſia fol 18.

An nuda qualitas per continuationem partium cerebrõ impartita poſſit comitialem excitare fol. 18.

Num aliqua conuulſio fiat á natura. fol. 19.

An aliqua ſint medicamenta á proprietate ſubſtantiæ epilepſiam curantia. fol. 21.

Et an á proprietate ſubſtantiæ aliqua medicamenta reſpiciant membra propria. fol. 22.

Cal. 6. Simplicium cap. de Aliſo, proprietatem occultam totius ſubſtantiæ appellat ſimilitudinem in ſubſtantia.

Cenſura

INDEX.

Cenſura. 9. de melan. holia. fol. 2.

Tenebra & ingredo cerebri & ſpirituum eſt cauſa timoris & mæſtitiæ: & itidem mala intemperies melancholica eſt cauſa immediata eorũdẽ ſyptomatũ. fol. 23. & 25.

Calida & ſicca intemperies cerebri in hecticis non neceſſario facit delirium, quia non exagitat plus jnſto ſpiritus, cũ ſit æqualis. fol. 26. Cenſura. 10. de Apoplxia fol. 27.

An obſtructio ventriculorum poſsit fieri á nimia quantitate Cuiuſque humoris. fol. 27.

Tenuem & bilioſum ſuccũ in multa quantitate Confertim & ſubito delatũ aliquãdo obſtruere, præſertim tenuia vaſa, ex Gal. colliges. i. de ſanitate tuenda. 19. & lib. 3. cap. 4.

Exemplo eorum qui confertim exeunt ex theatro: contra Augenium, fol. 27.

á flatu ſimul cum craſſo ſucco aliquando apoplexia excitatur lib. de flatibus propè finem. fol. 27.

Apoplexia fortiſsima quo pacto dicitur impoſsibilis curationis. fol. 28.

An expurgantia in apoplexia ſint propinanda. fol. 29.

An apoplexia in pueris, fœminis, & imbecillibus ſit periculoſior. 31. 21. Cenſura 11. de ſuffuſione fol. 32.

An in ſuffuſione collyria diſcutientia vſuiſint fol. 32.

Cur ſenes ſpecillis melius vident, juuenes eiſdem magis hebetantur. fol. 33.

An emplaſtr ũ ex nido hyrũdinum cõueniat in angina poſt uacuationem. fol. 34.

Cenſura 12. de præſtãtia dextrarum partium & de dextra pleuritide. fol. 36.

INDEX.

An dextrum Latus ſit calidius ſiniſtro, & nũ pleuritis dextra ſit deterior, fol. 36 & 37. per totam.

An expurgatio ſit in pleuritide cõmoda, fol. 44. & 43.

Cenſura 13. de Epyemate, fol. 43.

Curatio cuiuſdam empyematici in quo 140. dies purulentum apparuit ſputum cum febre aſsidua citra phthiſim. fol. 43. & 44.

Qua ratione non niſi à partibus ſeminarijs cõficiatur pus, fol. 44. Rationes aliquæ neotericorum reprobantur, quarũ vna eſt Augenij 7. Epiſt. 3. Iudicantis: ideò pus fieri album quia multi confluunt ſpiritus propter dolorem ad partem affectam ubi generatur pus, qui reddunt materiã. i. ſanguinem putridum album. Si hoc veritatem contineret, arterialis ſanguis, & ſiniſtri uentriculi cordis qui multos habet ſpiritus permiſtos, Albus eadẽ ratione rederetur: quod eſt falſũ. generatur prætereà inflãmatis partibus indolentibus pus, ad quas non confluunt plurimi ſpiritus propter dolorem, cùm eo uacent; ob hebetudinem ſenſus. Præſtabilius profectò erat opinionis Galeni apparentem cauſam inquiſiuiſſe, quám veritatem tentaſſe Præuertere ex cauſæ ignoratione. Aliam huius rei rationẽ rejecimus, quam, & veram ſeu probabiliorem citato loco expendes. Porrò argumẽta Augenij aduerſus Galenum adeò vana ſunt, vt dilutione non indigeant.

Cenſura quarta decima de palpitatione cordis. fol. 45.

Palpitatio cordis, de qua autores claſsici, nonſemper fit à flatu frigido, fo. 45. & aniuxtà Galeni decretá fiat à facultate, ibidem.

Cenſura. 15. de affectibus ventriculi, fol. 46.

Num

INDEX.

Num melancholia confluat ad uentriculum, vt juuet naturalem famem, fol. 47. Vesalius in administrationibus anatho micis fatetur adinuenisse, vas deferens melancholiam exlie re in ventriculi os non inseri, sed in medio vētriculo. sed hoc non euertit veritatē opinionis Auicennæ, & Pauli, fortè enim ados uentriculi non implantatur, nè plus justo famem excitā ret, sed in medio, vt mediocriter, prout natura postulat, id efficeret. Indè enim facilè melancholiæ adstringens facultas ori ventriculi ammandatur.

Num cholera morbus semper fiat à bile, fol. 49.

An in cholera morbo medicamēta purgātia benedicta sine cum modicè adstringentibus propinanda. fol. 50.

Censura 16. de diarrhœa.

vacuationes symptomaticæ semper sunt malæ signa, nō tamen semper sunt malæ causæ, fol. 51.

coctiones celeritatem portendunt judicij & securam sanitatem, seruatis aliquibus conditionibus, fol. 52.

Sententia Galeni de Pituita Salsa reprobatur à Lupeio injuste, fol. 54.

Censura 17. de dysenteria.

An in dysenteria primo expurgandum, deindè adstringendum. fol. 56.

Censura 18. de Hydrope, fol. 57.

Hydropum qui deterior, fol. 57.

paracentesis quādo adhibenda fol. 59.

Hepar lupinum opitulatur à proprietate substantiæ jecinoris affecto fol. 59. & 60.

Hanc proprietatem occultam Gal. apellat similitudinem

quandam in ſubſtantia, ſeu analogiam. 6. ſimplicium cap. de Aliſo.

Cenſuaa. 19. de lapide renum fol. 61.
Cauſa efficiens calculi renum frigiditas eſſe non poteſt. fol. 61. & 62.
An acutus dolor fieri poſsit á calculo in rene fol. 63.

Cenſura. 20. de putredine ſpirituum. fol. 67.
Spiritus poſſe putrefieri, indicat ephemera peſtilés apud britanos. fol. 67. cum ſequenti.

Cenſura. 21. de venæ ſectione in febribus putridis fol. 68.
Venæ ſectio interdum ſalubriter adminiſtratur in principijs febrium, ex cacochimia permiſta in vaſis cum ſanguine non pauco. fol. 69. & 70.
modò addimus ob moroſos medicos quoſdam, in principijs harum febrium, id eſt, crudo morbo exiſtente, regulariter & methodicé Cómodius & vtilius aliquando eſſe venam ſecare, quàm expurgare, ſi vires Conſtent, morbus magnus ſit. & cacochymia (vt diximus) in vaſis ſit miſta cum ſanguine non pauco. nimirum expurgatio eſt remedium adæquatius & præſtantius cacochimiæ, vt ſæpè tradit Galenus, methodicè & regulariter poſt materiæ concoctionem, non ante: niſi coactè in quibuſdam particularibus, primo Aphor. 22 & 2. Aphor. 29. at ſanguinis detractio Methodicè adminiſtratur in principio. Hac ſanè ratione in tali cacochymia etiam citra plenitudinem quandoque imperat venæ ſectionem:

ctionem Galeni octauo methodi capite quarto & lib. quinto Methodi capite decimo quarto. quippe vitium ſanguinis indicat etiam venæ ſectionem. 9. Methodi 10. & 11.

Plenitudinis quoque expurgatio nonnunquam remedium eſt. 13 Meth. cap 6.

Corruptela ſanguinis ſeu vitium ſanguinis curatur venæ ſectione & purgatione: fol. 72. in opere practico ſic debere fieri, docuit Gal. 5. Methodi 14 vltrá autoritates alias á nobis loco citato allatas.

Putredo non curatur venæ ſectione Sola. fol. 74.

Sic eſſe interpretandum Galeni locum, lib 11. Meth. 14. eo loci diximus: quam interpretationem probat Aëtius li. 2. ſermone. 1. capite 75. in medio; ita aiens: quando quidem uero nec obturatio nec putrefactio curari poteſt per ſolam uenæ ſectionem, quum aliis auxilijs opus habeãt, reſeruare aliquid ſanguinis oportet ad curationis tempus, ut ne neceſſitas aliqua ingruat ob inopiam, intempeſtiuè nutriendi. Hæc Aëtius. quæ egregiè firmant noſtram interpretationẽ. Nẽpe uenæ ſectio non eſt adæquatũ & propriũ remediũ per ſe putredinis, nec obſtructionis; proinde recte Gal. ait, obſtructio & putredo curari per uenæ ſectionẽ ſolã nõ poſſũt admittit tamen uenæ ſectionem, tanquam præſidium euacuãs putridos humores, & etiam obſtruentes; proinde aliqua ex parte iuuat in curatione putredinis, ex obſtructionis, artis medicæ 89. & 8. Meth. 4 & ſæpe alibi. Miror profecto, quod propoſitã ex Aëtio Gal. interpretationẽ ad locũ undecimi Meth. cap. 14. non expenderit doctiſsimus Augenius:

ac ob id crediderit, corruptelam ſanguinis & vitiũ eius nuſquam indicare venæſectionem: at quam pudendus & noxius is error ſit, palam oſtendit longa ſerie Gal. 9. methodi 10. & 11. & 5. methodi cap. 14.

t Paulatim corruptelam uacuare præcipit, venæſectione, e purgatione. Quicunque (ait Gal) parum habere ſanguinis uidebuntur, ijs ad quendam ſuccum probiorem reductis, detrahere ſanguinem poteris, tum ruſus reficere, eoſdem etiam rurſus purgare, ac rurſus reficere: denuoque ſi res ſuadet, ſanguinem mittere, potiſsimum quibus veluti limus quidam vitioſus, et craſſus totus eſt ſanguis. At qui ualidi et multi ſanguinis ſunt, ijs ſtatim à principio eſt detrahendus. hactenus Gal. & 3. aph. 20. ſanguinis profluuia & multitudinẽ & uitium humorum uacuando, cohibent morbos exipſiſ.

SALVBERRIMVM ESSE IN OMNIbus febribus venam incidere, non continentibus modò, ſed & in cunctis alijs quas putreſcentes humores concitant, memoriæ prodidit Gal. 11. meth. 15.

Hoc pronunciatum quo pacto veriſsimé iuxtà Galeni mẽtem interpretari debeat, diximus fol. 78.

Præ alijs probamus interpretationem minus vulgarẽ, quod & verior, & Galeni contextui magis conſonet. Nimirũ per continentes febres, abſoluto vocabulo, ſæpe deſignat Gal; cõtinentes febres ſanguinis citrà putredinem, vt liquet, vndecimo methodi primo: & ex Aëtio lib. 2. ſermone 1. cap. de febre continente.

Atqui

Atqui tradit Gal. ſe prædixiſſe hanc ſententiam in ſuperioribus locis illius tractationis: quod ſanè nuſquam ſcripſit ſuperius de omnibus putridis febribus, niſi duntaxat de omnibus continentibus non putridis, 9. meth; & de omnibus continentibus putridis, retrò eodem lib. 11. cap. 14. ex quibus ſit palàm, per illam particulam (uerum etiam in cunctis alijs quas putreſcẽs humor concitat) ſolùm intellexiſſe continentes putridas, in quibus omnibus ſuperiori capite commendauerat venæ ſectionem. alioqui, ſi de omnibus putridis febribus (vt fert communis opinio) intelligatur: falsò aſſereret, ſeid retrò prædixiſſe, quod nullibi in libris methodi ſuperioribus in vniuerſum exarauit. Porrò paulò inferius etiam mẽtionem facit de venæ ſectione in alijs putridis non continentibus, in quibus adeſt peculiaris focus putredinis: non tamen tradit, in vniuerſum ijs omnibus ſanguinem eſſe extrahendũ nec id veré dici poterit, vt cunctis in propatulo eſt. Quippe non paucæ offenduntur febres putridæ, quibus aduerſa eſt venæ ſectio: nempè illæ quæ excitantur à putrida cacochymia extra venas, omnino à ſanguine ſeparata, vt in vijs communibus, aut in habitu corporis: præſertim vbi vitioſus ſuccus ex vaſis jam eò non confluit. Ac libro ad verſus eraſiſtrateos cap. 11. qui febres cunctas in principio venæ ſectione indigere putant, non mediocri noxa ægros afficiunt. Cæterum, ſi cum alijs facis hoc pronunciatum, ſolum cõmune febribus. Cum plenitudine, ita vt citra plenitudinem non ſit vena ſecanda, vt Augenius ſibi perſuadet, nihil ſecius à verò deuias. nam & citrá plenitudinem in putridis febribus non rarò tũdimus venam vacuationis ratione, cum Galeno octauo Methodi.

thodi 4. & gratia uitij ſanguinis & corruptelæ, 9. Metho di decimo & un decimo. & 5 methodi 14, n fine; & artis medicæ 89. & non primum, ſed ex accidenti aliquando ue næ ſectio calidam intemperiem ſanat, & refrigerat corpus humanum, 10, methodi cap. 10. tandē uerba Gal. quæ ſub ſequūtur, præclarè oſtendunt, de omnibus continentibus tam citrá putredinem, quàm cū ipſa in uniuerſum fuiſſe locutū. Leuata enim (ait) eo onere, quo ueluti ſarcina premebatur natura, &c. Hæc quippe ſarcina familiaris eſt magis continentibus. ad quarum normam & cæteræ non continentes cum plenitudine ſunt curandæ. Minime tamen indè inferendum, Galenum profiteri, in febribus putridis citra plenitudinem nuſquam uenam ſecandam eſſe, ut perperam aliqui neoterici noxio errore arbitrantur.

Refrigerationis quoque gratia interdum uena ſecatur in febribus humoralibus. fol. 81

Docuit id diſerte Gal. 10. meth. 10, proindè non eſt hac in parte audiendus Augenius nec eū ſequentes, quippequi 4. de ſang. miſſione ca 7, contendit, nuſquā ſanguinē mitti refrigerationis cauſa: quia (ait) remedium quod ex accidenti operatur à nullo indicatur. Sed mirum profectò eſt, quod doctiſſimus alioqui uir tam tenui & puerili argumento ſuam muni uerit poſitionem. nimirum, admirandus Galenus, quaſi diuinās futuros aliquos, qui ſimilibus captiunculis irretiuntur, ſic euertit eius rationem, lib. undecimo methodi ca. 2. nam ſiuè di xerimus abſoluto ſermone, febrē per contraria ſanandā eſſe, ſiue adjecerimus, per quæ cōtraria ſūt tēperamēto: nulla pugnātia in ſermone erit. Similiter nec ſi per frigida ſanādā febrem

brē eſſe dixerimus. ſed nec ſi diuidētes id dicamus, aliquādo ſanare nos febrē, per ea quæ actu frigida ſūt, aliquando per ea quæ poteſtate, aliquādo per eà quæ exaccidēti refrigerāt aut etiā iſta conjūgentes, nulla pugnantia cū ijsquædicta ſūt in ſermone erit: pari modo nec ſi quis dicat, quæ actu, poteſtate, vel ex accidente calfaciūt, ea febres deteriores reddere quam prius fuerāt: contra quæ actu, poteſtate, vel ex accidē te refrigerant, ea febres ſanare: quippe indicatio quæ ab affectu ſumitur, in tot numerò particulares indicationes eſt deducta, Hactenus Galen. ex quibus in propatulo eſt, febrem indicare refrigerantia, ſiue actu, ſiue potentia: ſiue ex accidente talia ſint. Cum ergo venæ ſectio ex accidenti ſæpe refrigeret corpus humanum, & calidam aliquando intemperiē ſanet, eodem Galeno teſte, 10. metho, 10. eaſanè ratione qua refrigerās eſt auxilium, à febre ipſa indicatur: minime vero indicatur per ſe à febre, ea ratione qua vacuatio eſt; ſed exacidēti ea ratione qua ex accidēti refrigerat. præterea, affectus īdicāt cōtraria, ſiue actu talia ſint, ſiue poteſtate, ſiue ex accidēti. Id profectò eſt qđ Gal, ait, indicatio quæ ab affectu ſūitur in tot numero indicationes eſt đducta. q; d ergo aſſeris ò bone, remediū qđ ex accidēti operatur a nullo īdicatur? p ſe cōcedo p accidēs nego. Porrò & alij ſophiſtā agētes poſteritatis memoriæ mādāt, Remedia quæ ex accidēti operātur, nōinſtituia claſsicis mediciſ. obliti ſūt hipp. perfuſsione geli dæ curātis tetanū, in juuene bene carnoſo, æſtate media. Iſtā dē ſic occurit gal. 10. met. 10. citato, hæc igitur cauſa eſt cur vulgo medicorū ignotū ſit, & quod febriū omniū, quæ febres ſunt, proprium remediū refrigeratio ſit, ſiue ea talis actu

quod

ſit, ſiué poteſtate, &

quod alia multa ex accidenti refrigerando febrium ſint remedia. & mox: at ſanguinis miſsio non primum, ſed ex accidenti calidam aliquando intẽperiem ſanat. hæc gal. quæ abunde videntur ſatis facere doctiſsimo Augenio. 11. epiſtol. vltima, ſcribenti, nullibi Galenum venæ ſectionem vt refrigerãs præſidium admiſiſſe: quia ab intemperie per ſe nõ poteſt indicari uacuatio. Nimirum intemperies calida per ſe non indicat uenæ ſectionem, ea ratione qua uacuatio eſt, ſed ea ratione qua ex accidenti refrigerat: qua ratione admittitur á Galeno locis citatis, & indicari á febri tradit. Palám igitur eſt, uenæ ſectionem cum magnitudine morbi & uirium robore, refrigerationis gratia in febribus aliquando á Galeno adminiſtrari.

Cenſura. 22. decuratione febris punctic ularis. fol. 88.

Malignum morbum diximus illum, qui clandeſtinis inſidijs oppugnat, ita ut eius cauſa & affectus nequeant ad manifeſtas cauſas redigi. fol 89.

dum hæc ſcribimus, propriè & ſtrictè ſumimus malignitatis nomen. Haud enim ignoramus, apud Gal. aliàs malignum appellari letalem: & mali moris: & alibi malignũ uſurpat pro uehemẽti. Porrò magis propria maligni denominatio eſt, quã tradidimus. Tales affectus Gal. 2. de natura humana cõm. 10. uocat eos peſtilentes, qui á proprietate totius eſſentiæ offendunt corpora. Ita enim ſcribit: communium morborum quos parit aër, curationem non prodidit intcgram: nã non rarò ſtagnorum euaporationes, uel paludum, uel locorum cænoſorum, uel eiuſmodi terræ eos morbos cõcitant. Interim ſolũ tẽporũ

anni temperamentum. Itaque in euaporationibus potius totius essentiæ proprietate, quàm nuda qualitate offendentibus corpora, ordine curationem tradidit, in duo referens proposita, loci mutationem, & paulucæ attrahendæ vsum animæ. At in ijs quæ lædunt qualitate, nó solùm curatio morborum jam existentium, sed etiam ut prorsus nè suppullulent, cõtrarijs qualitatibus instituetur Præcautio. &c. Quibus uerbis in propatulo fit, plurimum á Galenimente desciscere aliquos neotericos Medicos existimantes, omnes pestilentes affectus consistere in manifesta & uehementi putredine: & proindé alexipharmaca quæ á proprietate substantiæ operãtur, nõ esse usui. Hos apertè refellit Gal; annuens duplices pestilentes affectus, alteros á qualitate manifesta, alteros uerò a proprietate occulta totius essentiæ: hoc est, mea sententia, quãdoque a cæli & siderum influxu qualitate nobis occulta aërem inficiente: citrá putredinem intensam & manifestam. Quod ita sæpe accidere in multis pestilentibus constitutionibus, cũctis perspicuũ est. Porrò pestis huius uenenosam qualitatem nõ aliter melius sanaueris, Quám alexipharmacis, á tota substantia illi uenenosæ qualitati occultæ contrarijs. Prætereá non omnes pestilentes affectus á uehementi & manifesta putredine proficisci, sed aliquos á maligna & occulta, indicat apertè Gal. 9. simplicium cap. de bolo armenica dicẽs, plurimum febres pestilentes exiguæ & mites sunt: quod non fieret, si semper ab intensa putredine ortum cõtraherent. Errat secundo, non concedentes in pestilentibus affectibus uenenosã qualitatem. nan si uenenum est quod toto genere letale est, & humanæ naturæ contrarium, ut Dioscor. lib. 6. prodidit quid

(quæso)

(quæſo) magis deleterium peſtilenti qualitati, quæ breuiho minem e medio tollit? Sed & venenoſum ſuccum in corpore humano produci interdum fatetur Gal. 6. de locis ca. 5. ante medium.

Simpliciter acida, modice adſtrigentia, vt acetum iympha tum, ſyrupus acetoſus, ex acido citri, aut limonis, aut aurantij vtilia ſunt in puncticulari. fol. 62 pa. 2:

Hæc nimirum vim habent aperiendi, incidendi, de obſtruẽdi, citra calfactionem, ex 5 ſimplicium 24. Porro cætera acida non ſimpliciter, ſed ſimul auſtera, vt immaturi fructus, vt pote valde adſtringentia & exaſperantia, reprobãtur in putridis febribus. i. acutorum 19. Sic interpretandus is Galeni locus. expurgatioquo tempore exercenda in puncticulari fol 94. & 95.

Num á bile aduſta poſsit excitari quartana febris, fol. 97 & 68 & 69. & 100.

Bilis atra acris eſt, & acida ſecundũ varias partes. fol. 100

Bilis atræ exactæ generatio exitialis eſſe videtur, ſi habeat omnes conditiones exactæ atræ bilis. fol. 101,

Ex flaua bile refrigeratione & extinctione non fit atrabilis. fol. 102 & 103,

Puſ qua ratione cõficitur ſolũ à partibus ſeminarijs fo: 105

An delirium continuum cum febre aſsidua à bile in cerebro putrescente ſit phrenitis dicendum, fol. 107.

An temperamentum, ſit quinta qua litas diſtincta á quatuor qualitatibus primiſ. fol 110 & 111 & 112.

Num febris ſit mala intemperies calida, an ſolus calor. fol. 115 & 116.

INDEX.

An calores omnes sint vnius speciei. fol, 118,
Febris non est solus color additus calori naturali. contra gẽ
tem. fol. 116. col. 2.
Calor præter naturam humorum non est febris humoralis:
nec spirituum ephemera. fol, 117.
Febris humoralis & ephemera sientes appellantur fol,
117. col. 2.

FINIS.